ANALECTA
AD
ENTOMOGRAPHIAM
PROVINCIARUM OCCIDENTALI-MERIDIONALIUM
IMPERII ROSSICI

AUCTORE

S. B. GORSKI.

FASCICULUS I.

CUM TRIBUS TABULIS COLORATIS AERI INCISIS.

BEROLINI.
PROSTAT IN LIBRARIA FRIDERICI NICOLAI.
MDCCCLII.

ANALECTA

AD

ENTOMOGRAPHIAM

PROVINCIARUM OCCIDENTALI-MERIDIONALIUM

IMPERII ROSSICI.

AUCTORE

Stanislaw Batys

S. B. GORSKI.

FASCICULUS I.

CUM TRIBUS TABULIS COLORATIS AERI INCISIS.

BEROLINI.

PROSTAT IN LIBRARIA FRIDERICI NICOLAI.

MDCCCLII.

1852

„Quod alii venationibus, confabulationibus, tesseris,
„chartis, lusibus, compotationibus insumunt, illud ego
„insectis indagandis, colendis, contemplandis impendo."

Linnaeus in Praefat. ad Faun. suec.

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,

COMITI

CONSTANTINO A TYZENHAUZ,

HASCE QUALESCUNQUE PRIMITIAS ENTOMOLOGICAS

D. D. D.

AUCTOR.

Clarissime Comes!

Quae e Naturae reconditioris ejusdemque exquisitioris penu in rem popularium meorum Tuamque inprimis, qui eo genere studiorum maxime omnium apud nostrates eluces, depromseram, ea Tibi Tuoque nomini sacra esse jubeo. Qua in re nihil sane aliud agam, quam ut modo partem minimam eorum exhibeam meque enisum profitear, quae in Te maxima, ornatissima cumulatissimaque habentur; nam siquidem Neocles in uterum matris Epicuri sapientiae atomos universos concurrisse ajebat, ea ratione omnes rariores ingenii doctrinaeque dotes in Te uno concurrisse sedeque optima uti videntur.

Neque is sum, qui mihi aliquid in ea re, de qua hic agitur, tribuam, vel illam aliquid gratiae amicitiaeque

Tuae in me dare existimem: id modo Tecum reputes velim, me nemini unquam concessurum, qui vel quid majoris momenti Teque quam maxime dignum Tibi afferenda habeat, ut id quidem gratiori devinctiorique in Te animo efficere vel me summa in Te observantia, studio ac pietate vincere valeat. —

PRAEMONENDA.

Qui mos maxime apud eos invaluit, qui exteras regiones invisendas earumque delineationem literis mandandam secum instituerant, ut, antequam de earum situ, naturae dotibus, coeli temperie, gentium et populorum, apud quos degerant, moribus vitaque agant, ea, quae domi adhuc praevia peregrinationi passi sunt, quae grata vel ingrata ad eandem promovendam in eos acciderant, quae terra marique in itinere obviam ipsis facta sunt, referant agantque, mos idem unicuique in publicum ad rem, quamlibet artem vel doctrinam spectantem, tractandam prodeunti servandus esse videtur: haud eo consilio, ut auctor ipse magis inde eluceat, vel quis sit, quidve praestiterit, ostendat, sed ut clare pateat, jurene meritoque in hac re egerit, quo fundamento nixus molitus sit, quibus adjumentis vel subsidiis munitus ad eandem accesserit eamque exornaverit. — Morem hunc secutus, paucis de libri hujusce causa, ratione ac modo deque iis, quae ansam ei dederint, praemonere consilium mihi est, ne in domo licet exigua atrium deficere videatur. —

Quum Universitas litterarum Vilnensis proximorum, quibus adhuc incolumis staret, viginti annorum decursu in caeteris omnibus, si vel doctrinarum, quae ibidem vigebant, ambitum, vel doctorum ipsorum numerum et amplitudinem spectes, in dies majora incrementa caperet, minime diffitendum est, studia, quae de Naturae viribus atque opibus agant, nequaquam eadem laeta conditione in eadem Universitate habita atque exornata fuisse. Imprimis autem ibidem Zoologiae et Botanices ratio exilis habebatur, cum utriusque usque ad anni 1824 decursum docendae munus nonnisi uni eidemque Magistro committeretur, ceterum nullis ad rem discentium subsidiis, quibus ars accuratius doceretur vel pro munere quodam graviori juvenibus obeundo excoleretur: tum etiam Musaei zoologici nulla fere prorsus ratio vel cura aderat. Nam si avium mammaliumque indigenorum minorum species quasdam nec non molluscorum et coralliorum illas exceperis, cuncta privatorum beneficio neque, pro rei momento et loci commoditate, ad doctrinae et artis exquisitioris leges habita servataque ibidem fuere, nulla autem, quae majora altioraque ex almae Naturae gremio peterent vel investigandi studium pro-

derent, praesto erant: quod autem insecta respicit, frustra vel hilum ibidem quaereres, quum Entomologiae doctrina tunc temporis Vilnae vix ac ne vix quidem nomine innotesceret. Neque id mirandum sane, quum ii, qui Universitati Vilnensi tunc praeerant, sive theologi e vetusta Jesuitarum Schola, sive matheseos cultores, sive jurisconsulti, vel si peritissimi quidem doctissimique, nihilominus tamen promovendis atque amplificandis iis, quae nequaquam profiterentur, haud idonei ac impares evaderent.

Anno quidem 1823 ineunte, theatro anatomico jam exstructo atque parato, nec non Zoologiae et Botanices professore publico triginta circiter annorum munere rite perfuncto et stipendia emerito, apta munus utriusque doctrinae docendae singulis magistris committendi occasio sese obtulit, ita ut, suadente ac duce Zootomiae et Anatomiae comparatae tunc temporis Professore, *L. H. Bojano*, alumno ejusdem, M. M. *Fortunato Jurewicz*, Zoologiam docentis provincia obveniret, quam idem, *Bojano* praeeunte, eodem anno ratione nostratibus hucusque plane ignota, quippe quae Anatomiae comparatae illa nitebatur, ad *Lamarckii*, *Cuvieri* et *Okeni* institutum bona avi auspicatus est. —

Multa dehinc prospera in nostram rem cessere. Tunc etenim primum, atriis Theatri anatomici quibusdam in usum Musaei zoologici junctim cum Anatomiae comparatae illo affectis, corallia atque conchylia tum in itinere a celeberrimo *Georgio Forster* in longinquas regiones instituto lecta, Academiae Vilnensi a. 1783 ab eodem delata, tum ea, quae liberalitati Doctoris *Wicherti* nec non comitis *Walickii* debebantur, ad doctrinae normam definita, tali ratione disposita sunt, ut unicuique ad eadem aditus facile pateret. Praeterea a Musaei tunc temporis praefecto assidue curabatur, ut aestivo feriarum tempore alternis annis Anatomiae comparatae perquam gnarus et quidem unâ prosectoris munere functus *Henricus Laupmann* in meridianos Lithuaniae tractus mitteretur, qui amphibiorum, piscium, avium et mammalium exempla exanima ad speciem viventium proximam peculiari arte plastica conformaret, eaque Musaeo deferret, quae res quantum contulerit rite atque accurate addiscendis animalium generibus speciebusque, vix est, quod moneatur. —

Brevi post, eodem *Bojano* sospite, Universitatis Musaeo accesserunt insectorum in Poloniae veteris finibus degentium *Caroli de Perthées* absolutissimae collectiones, ab hocce meritissimo viro institutae, quae Vilnae a consanguineis ejusdem mille uncialium rossicorum pretio Musaei gratia comparatae sunt. Accessione ejusmodi mirum quantum insectorum patrii soli Historia naturalis emolumenti nacta est. Huicce a nobis etiam multa accepta referenda sunt, ita ut operae pretium mihi videatur, de *Perthéesio* atque ejusdem in rem litterariam nostram meritis nonnullis Lectorem praemonitum habere.

Carolus de Perthées lucem aspexit Dresdae a. 1739, parentibus natus Gallo-francis, quibus tenera adhuc aetate orbatus auspicato a Comite *Keyserling*, natione Curono atque tunc temporis ad Aulam Saxoniae Electoris legato, adoptatus atque tam liberaliter educatus fuit, ut in domo ejusdem quindecem annorum spatio studiis humanioribus operam navaret mentemque suam optimis praeceptis exornaret. Deinde, vix vel ne vix quidem, parentem illum suum a. 1745 Francofurtum ad Moenum, tum Ratisbonam, deinde Berolinum comitatus, ibidem primum in schola militari disciplinae addicta per quinquennium studiis hisce assiduo instabat, mox autem, altiora petens, trium annorum spatio in re tormentaria versatus est, nulla omissa occasione, qua caeteris artibus studiisque bonis animum egregium informaret atque excoleret. Quo factum est, ut Augusto III., Poloniarum rege, a. 1764 vita defuncto, ab eodem *Keyserlingio* Stanislao Augusto regi commendatus, ab eodem bellicorum operum rite conficiendorum muneri adstructus est. Biennio post, et quidem a. 1766, gravissimi hujusce officii gratia ac nomine, cura *Perthéesi*, sumptuque regio, tunc primum Tabula geographica, qua Regnum Poloniae in universum ac in specie arte chalcographica exsculptum erat, jam jam Parisiis publici juris facienda erat, cum specimina ejusdem archetypa incendio forte in arce regia varsaviensi exorto, quod sane dolendum est, una cum multis aliis ejusmodi, conflagrata sunt. —

Alterum praestantissimum *Perthéesi* in rem geographicam laboris indefessi documentum exstat in libro manuscripto aliquot voluminum, quo topographia universi Regni Poloniae maxima cura consignata descriptaque habetur, accedentibus tabellis quam plurimis, quibus fluviorum, lacuum, sylvarum, viarum publicarum, quid si etiam rivulorum pagorumque situs arte ac studio eximio indicantur. Qui liber magnae molis a Comite *Adamo Chreptowicz* una cum regionum variarum tabulis (quo numero etiam inest illa rarissima Paludum Polesiae *Danielis Zwickeri* Gedani MDCL typis data), exiguo praetio a *Perthéesi* haeredibus emtus, a. 1840 Bibliothecae, quae Szczorsis in Nowogrodensi districtu floret, additus est.

Nihilominus tamen, praestitis hisce muneris sui officiis, nihil *Perthéesio* antiquius Naturae investigationibus erat, inprimis autem entomologicis illis, quibus omne tempus, quod ei a publicis negotiis reliquum fuit, enixe impendere solebat, ita ut inde ab anno 1773 usque ad annum 1798 alternatim quovis semestri aestivo, quo ei otiis suis pro libitu frui licuit, singulo quovis die excursiones entomologicas in loca vicina singulari cum studio instituerit. Quo factum est, ut, uno vix famulo adjutus, brevi tempore insectorum larvarumque Lepidopterorum, quibus legendis tanta cum assiduitate et cura vacabat, numerum mirum in modum auxerit eaque, ad Systema *Fabricii* in ordines, genera ac species redacta ac disposita, concinne ac lepide

asservare valuerit. Hoc in negotio stipendio perquam modico usus, haud quidem impensis ullis parcebat, tam librorum, quorum adjumento opus ei erat, quam insectorum exoticorum gratia, quibus coëmendis ceterisque aliis ejusmodi impensa nulla detinebatur. —

Cujus miri studii ac indefessi laboris ergo, *Perthéesius* Stanislao Augusto Regi adeo carus acceptusque factus est, ut non solum, cum in suburbii Varsaviensis casa idem degeret, quo loca urbi circumjecta eo minore incommodo insectorum legendorum gratia invisere ei liceret, non solum rex cum eo scriptis communicaverit, sed etiam gravi morbo habitum saepe saepiusque inviserit ac ejus consuetudine familiari ac colloquio usus fuerit.

Labentibus jam ac labore continuo defessis viribus aegraque valetudine idem *Perthéesius* a. 1798, supremo Imperatoris jussu Varsaviâ Vilnam accersitus, iisdemque commodis habitus, quibus adhuc utebatur, alumnos Petropoli sibi missos sumptuque Caesareo Vilnae stipendiatos, in Topographica et Architecturae militaris artibus rite docebat, adstantibus illi rei ejusdem peritissimo centurione, capitaneum vulgo dicunt, *Czapski*, ejusdemque filio Eduardo, inprimis quod *Perthéesius* jam in dies magis magisque visu laboraret. Neque hic loci tamen operi incepto indulserat, sed quae tanto triginta circiter annorum nisu ac studio insecta legerat, hisce rite definiendis atque franco-gallico sermone describendis ab anno 1801—1803 operam dedit, tum multa eorum tam accurate delineavit, coloribusque ad vivum expressis depinxit, partium analysi adjecta adeo omni ex parte absoluta et perfecta, ut vix quidquam in eo genere studiorum a quovis entomologorum difficillimo cunctaque ad artem exquisitam revocanti desiderandum videri posset. Ea visus contentione *Perthéesius* aciem oculorum penitus labefactavit, adeo ut suffusione ingravescente ac fere excoecatus anno 1810 operationis ope, a *Kautzmanno*, ophthalmiatro Dorpatensi, in altero oculo rite instituta, licet visum recuperaret, nihilominus tamen paulo post iterum eadem gravissima calamitate oppressus est. Praeterea accessere alia provectae jam aetatis mala, quibus in dies magis magisque labefactari coepit, ita ut jam septigenarius a. 1812, missis factis discipulis suis, quatuor numero, in castra bellica Rossorum Imperatoris, vita urbana posthabita, ruri reliquum tempus in praedio Vilnae confini, Mazuryszki appellant, concederet, ubi triennio post mense Decembri a. 1815, ileo confectus, diem supremum obiit. —

His praemonitis de viro, de re entomologica inter nostrates meritissimo, de fatis ejusdem doctrinae in Universitate Litterarum Vilnensi pauca memoranda mihi sunt.

Postquam *L. H. Bojanus* parum commodae valetudinis causa Vilnae a. 1824 valedixisset, *Fortunatus Jurewicz* autem, optimae indolis adolescens, cito adversis fatis ereptus doctrinae, quam profitebatur, vix triennii spatio

Zoologicis praelectionibus operam navasset, cui munus hoc post illum obvenerat, pars illa doctrinae ejusdem, quae insecta spectat, nulli curae erat, ita ut per aliquod tempus prorsus neglecta jaceret, licet *Perthéesiana* collectio, tum ea, quae a *Joanne Krynicki* atque *Antonio Małecki* ex itineribus, quae per Volhyniam, Podoliam, Ucrainam aliaque loca instituerant, jam praesto essent, de re agenda et pro viribus promovenda satis superque monerent.

Circa idem tempus, anno scilicet 1829, Musaeo Vilnensi accesserunt insecta, quae e Hemipterorum et Coleopterorum ordine in Volhyniae et Podoliae oris lecta fuere a Hortulano Cremenecensi, *Carolo Witzell*, Viennensi, Vilnae vita defuncto, quae accessio mirum quam opportuna in rem, de qua agimus, cessit, eamque locupletavit tam rei copia, quam delectu ac arte, qua praestabat. Quae attamen omnia decem annorum decursu nec adtacta quidem vel ad normam quandam disposita, quid si etiam prorsus oblita, misereque habita fuere, ita ut eadem conditione annum etiam 1841 salutarint, quo Kijoviam delata sunt. At non defuerunt sane, qui rem ejusmodi ad artis et doctrinae leges et postulata revocandam proficere valerent, si modo provinciam hanc adire jussi fuissent. Quo loco maxima cum laude memorandi mihi sunt Musaei zoologici Vilnensis conservatores, duumviri *Brunnerus* atque *Szusterus*, in farciendis animalium pellibus ad speciem viva referentium vere magistri, qui amplificando et adornando Musaeo zoologico Vilnensi quam plurimum contulerunt tantaque arte ac studio egerunt, ut industriam et laborem humanum vix unquam vel alio quovis loco praestantioris aliquid in eo genere protulisse merito dubitares. —

Ex quo entomologica studia Universitatis nec non Academiae Medico-Chirurgicae Vilnensis oblivione ac desidia prostrata jacebant, factum est, ut nihil fere adhuc circa rem eam de regione nostra hucusque Europae viris doctis innotuerit, nec Musaeis exteris quidpiam a nostratibus communicatum fuerit. Cumque opere ac indefessis laboribus *Cederhielmi, Laxmanni, Boeberi, Adamsi, Pallasi, Lepechini,* recentiori autem tempore, *Fischeri de Waldheim, Sahlbergi, Henningi, Eschsholtzi, Hummeli, Panderi, Sperki, Gebleri, Steveni, Besseri, Krynickii, Chaudoiri, Faldermanni, de Ménètries, Zoubkovii, Zabłotzkii, Nordmanni, Bilbergi, Bohemanni, Fleischeri, Mannerheimi, de Brandt, Eversmanni, Victoris Moczulskii, Gimmerthali, Sodoffskij,* aliorumque multorum, quorum disquisitionibus circa insecta Imperii Rossici Acta Societatis Naturae scrutatorum Mosquensis scatent, variaque loca jam rite indagata sunt, Lithuaniae Faunam entomologicam oblivio absolutissima tenet, nam in libris etiam, qui aetate nostra lucem viderunt et quidem in Zoologia speciali D. *Eichwaldi,* ante viginti annos publici juris facta,

si Coleopterorum nomina, e Catalogo musaei *Besseri* Cremenecii desumpta, excipias, caeterorum ordinum paucissimae species vulgares nostrae memorantur, eaeque tam exili ratione, ut ne minimum quidem rei hujusce gratia emolumentum studiosis afferant.

Perthéesiana collectione, de qua jam supra monitum est, jam Musaeo Vilnensi addita, quae circa rem eandem idem scriptis consignavit, a haeredibus ejusdem habebantur. Bona avi accidit, ut ex alumnorum Medico-Chirurgicae Academiae Vilnensis numero *Perthéesii* nepos, D. *Ludovicus Towianski,* iisdem potitus mecum pro suo in me studio atque animo benevolentissimo communicaverit. His, quibus peculiari modo collectio ista illustrata erat, aderant nonnulla alia, cuncta idiomate franco-gallico conscripta, et quidem accurata descriptio: 1°. Lepidopterorum una cum eorum delineationibus calamo affabre factis fere absoluta, ad Sectionem Phalaenarum usque deducta. 2°. Quaedam circa horum e larvis ulteriorem processum, perpetuo ac presso pede per quosdam annos a *Perthéesio* Varsaviae investigata, accedentibus item figuris ad vivum summa arte depictis ac coloratis. 3°. Ichneumonum quorumdam *Fabricium* etiam latentium accurata adumbratio. 4°. Musaei *Perthéesiani* Catalogorum sylloge cet. Cujus rei accessio quanti, quam grata, acceptaque mihi fuerit in studia, quae omni cura amplexus sum, vix est, quod moneam, immo abhinc in animum induxi meum et constitui, ut vigilias illas *Perthéesianas*, quibuscum pro libero arbitrio agendi potestas facta mihi est, quam primum publici juris facerem. Cujus rei gratia eo magis enitendum mihi erat, quod multa ibidem mihi occurrerunt, quae primum a *Perthéesio* reperta et adhuc ignota latuere, adeo ut postliminio quasi jure agendum mihi nunc sit ad viri laudem redintegrandam, quam certe vivus adeptus ac spectatissimo loco in virorum hujus rei doctissimorum ordine habitus foret, si modo, meliori fortuna usus, inter aequales suos, qua par est virum doctum ac bene de patria meritum, patronos quosdam nactus fuisset. Cujus rei documento nonnulla hic recensere ac contendere e celeberrimorum entomologorum hujus aevi libris liceat, quae hujusmodi sunt: Typhlocyba stellulata *Burm.* (Pths. Mss. 157. 1018. sine nomine), Sciocoris umbrina *Panz.* (Pths. Mss. 167. 1069. s. n.), Cydnus picipes *Fallen.* (Pths. Mss. 168. 1. s. n.), Pentatoma intermedia *Wolf.* (Pths. Mss. 166. 6. sub n. *Cim. melanocephalus*), Chorosoma Arundinis *Curtis* (Pths. Mss. 175. 1129. sine n.), Cymus Claviculus *Fall.* (Pths. Mss. 180. 1124. sine n.), Heterogaster Ericae *Schill.* (Pths. Mss. 180. 5. sub n. *Cim. clavicornis*), Pachymerus staphylinoides *Burm.* (Pths. Mss. 179. 1120. sub n. *Cim. Staphylinus*), Pachymerus plebejus *Fall.* (Pths. Mss. 174. 1. sub n. *Cim. Abietis*), Pachymerus agrestis *Fall.* (Pths. Mss. 161. 2. sub n. *Cim. Abietis!*), Pachymerus pedestris *Panz.* (Pths. Mss.

171. 1. sub n. *Cim. triguttatus*), Pachymerus vulgaris *Schill.* (Pths. Mss. 171. 2. sub. n. *Cim. Pini*), Xylocoris domesticus *Schill.* (Pths. Mss. 180. 1122. sine n.), Miris spinipes *Fall.* (Pths. Mss. 174. 1128. a. sine n.), Phytocoris pulcher* *Herr. Schaeff.* (Pths. Mss. 172. 1. sine n.), Capsus brevis *Panz.* (Pths. Mss. 178. 3. sine n.), Cimbex amoena *Klug.* Analect. Mss. Fasc. II. Tab. VI. fig. 1. (Pths. Mss. 219. 1252. sub n. *Tenthredo connata Schrk.*), Lophyrus pallidus *Klug* (Pths. Mss. 221. 1266. B. sine n.), Tenthredo aterrima *Klug* (Pths. Mss. 230. 1. sub n. *Tenthredo nigra*), Spathius clavatus *Panz.* (Pths. Mss. 271. xxx. sine n.), Proterops nigripennis *Waësm.* (Pths. Mss. 271. www. sine n.), Odynerus Erichsonii *Dahlb.* in Mus. Berol. Analect. Mss. Fasc. III. Tab. VII. fig. 1. (Pths. Mss. 300. a. sub n. *Vespa parietum*), Odynerus sulcatus* Analect. Mss. Fasc. III. Tab. VIII. fig. 3. (Pths. Mss. 307. 1. sub n. *Vespa trifasciata*), Discoelius zonalis *Panz.* (Pths. Mss. 306. ** 3. sine n.), Perthesia paradoxa* Analect. Mss. Fasc. III. Tab. VII. fig. 3. (Pths. Mss. 308. 2. sub n. *Philanthus Triangulum*), Prosopis Rinki* Analect. Fasc. I. Tab. III. fig. 1. (Pths. Mss. 319. 3. (ex parte) sine n.), Anthophora quadrifasciata (*Villers.*), *Coqueb.!* (Pths. Mss. 341. sub n. *Hylaeus 4-cinctus*), Anthophora fasciculata *Spinola* Mus. Berol. Analect. Mss. Fasc. II. Tab. VI. fig. 2. (Pths. Mss. 344. sub n. *Apis rotundata*), Lomatia lateralis *Meig.* (Pths. Mss. 423. 2. ♀, et 424. 1. ♂, sine n.), Stratiomys equestris *Meig.* (Pths. Mss. 429. a. sine n.), Dasypogon brevirostris *Macqu.* (Pths. Mss. 527. 1. TT. sine n.), Dasypogon clavipes *Loew* (Pths. Mss. 528. KK. sine n.), Dioctria cothurnata *Meig.* (Pths. Mss. 525. EE. sine n.), Sericomyja borealis *Meig.* (Pths. Mss. 482. 3. sub n. *Syrphus lapponum*), Eumerus Zetterstaedtii *Zeller* (Pths. Mss. 488. 1. ♂ sub n. *Mulio devius* et 490. F. ♀ sine n.), Eumerus aeneus *Macqu.* (Pths. Mss. 493. 1. J. sub n. *Syrphus funestus*), Scaeva lunigera *Zetterst.* (Pths. Mss. 489. B. sine n.), Scaeva hyalinata *Meig.* (Pths. Mss. 490. a. 1. sub n. *Syrphus mellinus*), Milesia bombylans *Fabr.* (Pths. Mss. 497. K. sine n.), Stachynia punctata *Macqu.* (Pths. Mss. 519. 2. sine n.), Sepedon Haeffneri *Fallen.* (Pths. Mss. 471. 2. sine n.), Hyalomyja atropurpurea *Macqu.* (Pths. Mss. 503. P. sine n.) aliaque plura, quae omnia jam accuratissime in *Perthéesi* schedis anni 1803 notata adumbrataque habentur. —

Ex quo tempore Academiae Caesareae Medico-Chirurgicae Vilnensis auspiciis et jussu a. 1832, praeter Pharmacologiam et Pharmaciam, Botanices publice docendae provinciam adii, in excursionibus rei herbariae gratia a me moderandis in locis Urbi vicinis saepissime occasio mihi oblata est passim insecta varia observandi eaque accuratiori studio investigandi, ita ut, cum

publico munere districtus essem, aliud agendo ad hoc jucundissimum studii genus ultro quasi nec auspicato delatus fuerim. Cum enim a teneris unguiculis almae Naturae amicus fuissem, otiorum momenta nonnisi plantis hortisque perlustrandis dabam, minime posthabitis iis, quae mihi graviora impenderant, quae sane eo magis opportune mihi cesserant, quod in horti botanici Vilnensis, curae meae inde ab a. 1829 commissi, occupationibus perpetuo vacarem, adeo ut vix caeteris carptim agendis tempus mihi ullum praesto esset. Neque, caeterum prorsus abjecto apud Vilnenses Entomologiae studio, ullum calcar mihi aderat vel cupiditas illi operam vel minimam navandi, inprimis adminiculis ad rem eandem fere nullis, nullo praeter Naturam magistro ac duce, quo mihi uti liceret. Si quid autem in me est, quo in studiis, quibus totum me dedi, praestare valeam, commodius id sane ac melius praestitissem, nisi adhuc juvenis ad aliena mihi prorsus sorte mala hominumque parum benevolo studio adscitus fuissem. Eorum maxime causa non solum arridenti mihi Arti Hippocraticae valedixi et naturam, ad quam investigandam genuino quodam sensu deferebar, posthabui, sed etiam floridissima aetate vi mala ac pernicie materterae mihi Artis labefactatum me sensi, eo exinde in rem meam emolumento, ut ii, quorum gratia tantum laboris impendi, fructu potiti, vitae commodis usi, vestigaliaque percipientes, asseclis suis simillimis in gremio Academiae adjuti, adhuc me probris insectarent ac pravas machinationes struerent. Deo Maximo Omnipotenti gratiae a me perpetuo referendae sunt, cum parem me his tam noxiis ferendis effecisse, ac licet dextrâ mancum ac paene inertem, at opportunum adhuc ac pronum habere, quo genio meo ac studiis, quibus delector, indulgere valeam. —

Quod peculiares occupationes meas entomologicas attinet, non is sane sum, qui in hac re gloriari vel mihi aliquid tribuere in animum inducam, quae tamen mox a me in medium afferentur, homo fere in ea re novus, honoris gratia dicam, eaque velim indicio sint, jam me in hunc naturae penum parumper initiatum esse. Anno 1836, quo laetissime virentes Lithuaniae segetes ineunte autumno larvis Noctuarum misere depascerentur eaque clades vel anno insequenti 1837 iteraretur, easdem singulas domi servandas educandasque curavi, atque mox prolem *Agrotidis exclamationis* Linnaei esse agnovi. Quae mihi prima occasio fuit rem rite disquirendi eamque narratione publice in consessu Academico a me lecta, deinde in Actis Ministerii, quod res internas curat (Журналъ Министер. Внутр. дѣлъ 1837. No. 10. Частв. XXV. стр. 52—81), agendi, quae quidem in hisce Analectis fusius repetita veniet. Neque ulteriori tempore, inprimis quo publicis academicis negotiis inde ab anno 1841 valedixi, ab instituto meo amotum me passus sum, immo autem otia et illecebrae, quibus per aliquod tempus ruri degens detinebar, ad idem promovendum me magis magisque propellebant. Id enim Summi

Opificis beneficio factum in rem humanam esse reputo, ut vitae solatia cuncta, quaeque ad vitam beatam in quavis ejusdem conditione referuntur, quam copiosissime ex ejusdem operibus, nemini unquam satis superque admirandis, tum etiam ex almae Naturae spectaculo ac investigatione manent effluantque. Hujus investigatori acri sagacique, cui sensus inest ad rei normam et amplitudinem accommodatus, in vitae tantis vicissitudinibus animus et vultus perpetuo unus idemque manet, nec unquam fastidiosa solitudo contigit, imo cuncta ubique amoena ac jucunda, refertaque iis, quorum vel minima particula cogitationem alere, ingeniumque acuere valet. Quae quum ita sint, quumque „Naturae operum indagatio virtutis principium expultrixque vitiorum" Philosopho Verulamio nuncupetur, laeto et alacri animo octavo vitae lustro mihi etiam curriculum novum adeundum in eoque permanendum est.

Rerum specialium notitia, etiamsi diuturna prolixaque, at certissima atque ad amplexus universae Naturae maxime idonea via putanda est, qua si tiro incedere consilium ineat, nullo sibi magistro, nisi prudenti sagacitate, opus est. Hujus etiam ope cuilibet strenuo investigatori in variis naturalis doctrinae partibus Marte suo viam ad systemata et methodos munire ac, speciebus rite perspectis, genera nullo negotio effingere licet. Quapropter persuasum mihi est, rerum naturalium peritissimum quemque, non nisi patrio solo in rerum investigandarum studio versatum, ea unice via processisse, qua singulorum rite instituta observatione culmen quoddam agnitionis rerum attigerit. „Quae demum cunque alia homunciones hac in mundi scaena tra- „ctamus ac peragimus, ea nihil nisi vanitates vanitatum continebunt." (*Linné!*) „Laetare igitur, juvenis, in juventute tua atque Creatorem tuum cogita. Gau- „dium enim ex manu proficiscitur divina. Amans pecuniarum non satiatur „pecunia, amansque divitiarum ex illis nullam habebit utilitatem. Ex utero „matris suae prodiit quisque nudus nudusque et nihil secum portans abierit." (Ecclesiast.!) — „Vivitur ingenio, caetera mortis erunt."

Haec agens, quum in Vilnae viciniis inde ab anno 1840 degerem, et quidem locis fere iisdem, quibus olim *Perthéesius*, eosdemque ipse campos peragrarem, easdem sylvas et fruticeta inviserem, ipse ruris amicus et ἀδιανόητος mirum quanta voluptate detinebar, quum forte in quaedam insectorum inciderem, quae per triginta annos sagacissimi hujusce entomologi aciem effugerant. Quae quidem mihi maximo incitamento fuerunt ad investigationes hujusmodi acrius ac impensius instituendas, ita ut, inde a vere ineunte usque ad autumnum, ne una quidem intermissa die, cum excursionibus hisce entomologicis operam assiduam darem, paucorum annorum decursu ter mille et ultra insectorum species variis in Lithuaniae regionibus, inprimis autem in Vilnensi tractu, legissem. Nam hujusce maxime urbis viciniorum consuetudo mihi fuit.

Increscente in dies atque *Perthéesianam* collectionem fere adaequante insectorum musaei mei numero, quum eadem cum iis, quae *Perthéesius* scriptis notaverat, contenderem, in dies magis magisque haeseram in nominum quorundam usu et ratione, ad vera ac jam a doctis viris sancita revocandis. Licet enim *Perthéesio* multa in delineando Musaeo, quo ipse gaudebat, ad praecepta libri *Fabriciani* recte appellata fuerint, quaedam attamen adhuc haud illustrata ac presse definita manserunt, praecipue autem quae tunc primum *Perthéesio* innotuerunt, nonnulla etiam ita ab eodem notata, ut dubii aliquid circa eorum vera nomina suboriretur, adeo ut eadem cum re ipsa, collectionem *Perthéesianam* puta, conferendi necessitas mihi esset votis nonnisi prosequenda, Musaeo *Perthéesiano* tunc temporis jam una cum aliis, quae Universitati Vilnensi subsidia aderant, jam Kijoviam delato. Quo maxime factum est, ut multa, ne dicam quam plurima insectorum, quae mihi ipsi obviam facta sunt, appellationum respectu ad signa iis debita revocandi potestas mihi prorsus deesset. Accedebat etiam ad haec rite solvenda librorum de re entomologica penuria, nam his omnino carebam pro rei momento et gravitate, qua nunc et olim eadem a viris doctis, nulla laboris, tabularum, splendoris nec non impensae ratione, pertractata, passim fere omni numero in singulis Europae plagis absoluta habetur. His omnibus autem minime me infringi vel animum deponere passus sum, quin in arena, quam inii, immotus starem, musaeoque meo augendo pro viribus omni nisu contenderem. In qua re multo magis adjutus et edoctus sum insectorum, quae mihi occurrerunt, forma et habitu, quam cassis nominibus in librorum congerie ad artis legem consignatis vel iis, quae in Musaeo Academico Vilnensi, ad nullam certam regulam habito vel normae ac legi cuidam adstricto, olim adnotaveram.

Anni 1841 decursu juveni cuidam exteras terras invisendi gratia proficiscenti socius additus, quantum quidem licuit per valetudinem ac ea, quibus impeditus eram, pro viribus in rem meam delibare studii. Iter faciens Kijoviae aliquot dies commoratus, quae insectorum *Perthéesius* ac *Besser* legerant, propter impedimenta localia tunc temporis vix carptim attingendi potestas mihi fuit; ibidem D. *Hochhuti,* Universitatis hortulani, studiis entomologicis apprime dediti, collectionem pro eo, quo nitet dispositionis ordine, inspiciendam curavi: Vindobonae Musaei Imperialis, benevolentia ac singulari benignitate illustrissimi doctissimique *Kollari,* sectioni entomologicae praepositi, aditu mihi patente, insectorum familias innumeras concinne ac mira arte dispositas admiratus sum; Florentiae in amplissima Magni Ducis Etruriae Bibliotheca libros splendidissimos circa entomologica studia perlustravi, ac uno vix mensis spatio, quo mihi hac in Musarum sede commorari contigit, multo ampliores, quam annorum complurium tirocinii mei entomologici lapsu

fructus percepi, deinde verno et aestivo tempore anni 1842 in Italia australi, Sicilia, Helvetia et Germania permulta insectorum exempla legeram, quorum attamen in itinere, in patriam rediens, casu quodam inique jacturam feci. Brevi posthac haud parum recreatus sum singulari in me studio quondam auditoris mei diligentissimi, D. *Georgii Poluta* Grodnensis, artis Apollineae gnari, peritique, qui aliquot insectorum centurias, quas Charkoviae legerat, mecum amice communicavit. Eidem ipsi accepta refero multa insectorum genera, in Russia australi in Odessae viciniis nec non in Chersoneso taurica lecta, quo scientiae solius amore ductus neque impensae parcens neque periculo vitae deterritus a. 1841 delatus est. —

Haud parum etiam illae excursiones, quas ipse hujusce rei causa inde ab anno 1842 ad 1847 varios in Lithuaniae tractus institui, augendo Musaeo meo entomologico contulerunt, quum permultas insectorum species exinde retuli, quae me adhuc latuerunt, nec non multa didici Familiarum Monographias spectantia, quae mox hocce opusculo a me exhibenda sunt.

Anno 1847 ineunte, iterum mihi exteras regiones petendi opportunitas satis idonea se obtulit, in quo itinere omnia, quae vel in re mea ad rationem strictiorem exigenda erant vel quae nomina collatione indigebant, in primae notae Musaeis germanicis ex omni parte explenda conficiendaque pro virili parte constitui. Ita factum est, ut a mense Majo anni 1847 usque ad 1848 easdem fere regiones, quas ante quinquennium videram, denuo perlustrandi potestas mihi obvenerit. At ea, quae Germaniae et Italiae variis in locis tunc temporis evenerant, citius, quam desiderassem, ex Musarum tabernaculis me profligarunt, adeo ut nonnullas Europae urbes, e quibus tam multa tantaque in priore itinere meo ad augendas in re entomologica notiones redundarunt, per transennam tantum viderim. Nihilominus tamen e locis, quae Romam circumjacent (in qua urbe paulo diutius et quidem mense Aprili 1848 degeram), rerum naturalium gnaris amantissimisque foeminis Romanis, matri et filiae, *Santa-Cadet* (quarum urbanitatis memorem me praebeo, gratiamque publice persolvo) comitatus, nec quempiam alium, qui hoc negotio in Urbe Aeterna detineretur, nactus, multa optimaeque frugis ex istis excursionibus domum retuli et recondidi. —

Berolinum redux 1848 medio Maji mense, assiduam operam dedi variis insectorum Familiis, quae in Thesauro rerum naturalium regio asservantur, cum quibus cunctas species, mecum e patrio solo allatas, contuli, *Perthéesianas* e libello manuscripto composui, atque parum recte adhuc declarata descriptaque ad verum revocavi, maxime in hoc labore eo recreatus, quod in hisce schedis cuncta tam accurate ac diligenter descripta ad certamque normam redacta mihi venerunt, ut vix quidquam offenderis, quod pro rei momento, pro summa virorum, qui rem eam obierunt, cura ac solertia haud

luce clarius evadat. Praeterea refertissimae Bibliothecae regiae ope maxime adjutus sum, ut insectorum Familias quasdam ampliori critice ac judicio prosequerer, ut quidem *Heteroptera*, *Diploptera*, *Apiarides*, *Tenthredinides*, *Syrphicos*, nec non alias nonnullas, quibus vel ipse agnoscendis e *Perthéesi* scriptis, vel amicorum benevolentia, luce per litteras ad me scriptas, in hisce Analectis propediem publicandas, offusa, assequendis declarandisque operam dedi. Quae octo tabulae pictae iisdem adornandis accesserunt, quibus sive plane adhuc ignotae vel criticae et parum accurate definitae insectorum species in Lithuaniae solo degentes exhibentur, eaedem summae diligentiae ac egregiae artis chalcographo et coleopterologo Berolinensi, D. *Wagenschieber*, a me gratae referuntur. Reliquae tabulae, quinque numero, ad calcem insequentium fasciculorum apponentur; huicce tres tantum accedant oportet.

Est, quod hic loci etiam publicas gratias agam acceptaque referam viris doctissimis acerrimisque studiorum circa Entomologiam Berolini promotoribus: DD. *Ruthe* et *Bouché*, tum familiaritate et amicitia mihi conspicuo *J. P. E. Friderico Stein*, quorum musaea privata omni tempore mihi aditu patuerunt. Eodem nomine memorandi mihi sunt celeberrimi Professores, Neostadiensis (Neustadt-Eberswalde) Dr. *Ratzeburg*, atque Halensis Dr. *Germar*. Hic mihi Heteropterorum collectanea a se facta Berolinum inspiciendas ultro miserat, ab illo autem multa mihi ex Ichneumonum Familia ardua atque recondita pro singulari suo in me studio atque benevolentia plana manifestaque facta sunt. Neque mihi honoris ac dignitatis gratia silentio praetereunda est clarissimi viri ac egregii Orchidearum Europaeorum Monographi, Dr. *Gustavi Reichenbach*, in me voluntas ac merita, quae jam aliquot annis ante grata probataque mihi fuere. His etiam factum est, ut idem, quae in Saxoniae oris habentur Heteropterorum species, summa voluntate mecum communicaverit. Haud parum gratiae quoque a me debetur Musaei entomologici Berolinensis moderatori, clarissimo Dr. *Klug*, inprimis in declarandis *Tenthredinum* et *Apiariorum* generibus, quorum Musaeum Berolinense magnam copiam exhibet.

Cum jam finem hujus rei adtingam, enixe impetrandi sunt mihi atque flagitandi Imperii Rossici Entomologi, quo insectorum, quae lecta habent, notitiam vel etiam specimina, inprimis *Heteroptera*, *Diploptera*, *Apiarides*, *Tenthredinides* et *Syrphicos*, quantum id hujusce opusculi terminos adtinet, ad explendas absolvendasque eorum monographias, quam primum id fieri potest, Vilnam mittenda curent, quae, ut primum invisa perspectaque a me fuerint, nulla mora nulloque damno, quo velint, remittenda omni religione curabo ac contendam.

Eruditorum tum demum indulgentiam exoro, ut, si quaedam minus com-

mode vel minus apte dicta hic reperiant, veniam in me adhibeant. Quae eadem expetenda mihi est ab iis, qui sermonis veteris latini leporem ac venustatem hic desiderent, cui inprimis in re a veteribus illis parum tractata assequendae me non tam assidue operam navasse fateor. In quo me excusatum iri eo magis confido, quod in disquisitionibus ejusmodi non tam sermonis ratio, quam potius res ipsa, quid sibi valeat quidve emolumenti ad doctrinam ipsam afferat, quaeratur, cujus rei gratia si vel minimum addere valui, caeteris laudis ornamentis libenter me defici patiar.

Haec qualiacunque Entomologiae incrementis apud nostrates dicata pro bono ac aequo accipe, Lector Benevole. Neque te ad veniam commodandam fugiat, me, ut plerosque alios in hoc studiorum genere operam navantes, neque Fortunae neque laudis beneficia sequi et expiscari, sed potius Musarum qualiumcunque consuetudine ac amore duci, tum ad vitae fastidia lenienda operam ejusmodi suscipere ac moliri.

Dabam Berolini, pridie Kalendas Majas, anni millesimi octingentesimi quinquagesimo.

S. B. G.

I.

MONOGRAPHIA HETEROPTERORUM.

Quaeso, ne haec legentes,
Quoniam in his spernunt multa,
Etiam relata fastidiis damnent,
Cum in contemplatione Naturae
Nil possit videri supervacaneum

Plinius.

L. S.

Tantis tamque multis circa Heteroptera a Viris doctis editis libris, irritum alicui videri posset, trita jam et decantata iterum pertractare, ac noctuam Athenas, ut ajunt, inferendam curare.

At si perpenderis, L. B., varios circa Heteroptera labores in ephemeridis diariisque innumeris dissitos latere, nec unicuique aditu faciles esse, remque quoad exoticas species libris saepenumero magnae molis sumtibusque indigere, in definiendis autem indigenis eadem fere difficultate premi, quum exigui momenti, quo habentur, causa nulli fere sint, qui ad eadem describenda delineandaque animum convertant: ea opinione fretus, operae pretium duxi, quotquot mihi vel ex librorum de Rossiae nec non Poloniae Heteropteris relationibus vel observationibus, a me ipso institutis, vel ceterorum familiarium mihi periculis innotuere, usui Tuo ac emolumento in unum conferre, ita ut sit, quod mecum reputem, Te conatus meos in hac re nequaquam infenso animo vel convicio salutaturum esse. —

Ratio, quam in hacce Heteropterorum Monographia inprimis institi, ea est, ut, praeviis notionibus de hac familia exhibitis, genera ejusdem in species, quibus constant, tribuens, dichotomica ratione tali modo disposui, ut ex organorum, quae facilius rimantur, norma unicuique eo clarius atque lucidius in conspectum veniant.

Quod nomina attinet, quibus genus quoddam rite definitum foret, in his nequaqam vestigia pressi recentiorum quorundam e hebraica ceterisque orientalibus vel asiaticis dialectis mutuatas barbaras voces petentium, quae vel rei apte definiendae vel usui ad doctrinae ipsius genium minime consentanea videntur. Neque generibus multiplicandis e characterum incerta et vacillanti ratione patrocinari visum mihi est, imo numerum eorum, quantum id quidem fieri potuit, potius imminuere, quam augere curavi. Neotericorum tamen generum nomina recens facta contentionis gratia (nemo enim est, cui hisce incassum memoriam obrui curae foret) veteribus illis subjunxi vel ad Synonyma retuli.

Quum autem certum et persuasum mihi sit, generum subdivisiones, generaque ipsa distincta nequaquam rem unam eandemque efficere, immo quum

me judice pro ea ratione, qua generum numerus amplior fit, ipsa eadem, quo minus validis innitantur characteribus, Scientiam ipsam magis fluctuantem efficiant oportet, maxime contendi atque enisus sum, ut plura genera recenter excogitata jam antiquius receptis tanquam subdivisiones, ad artis normam et legem, adstruerentur. —

Synonymiam nisi ratam certamque accurateque a me collatam et trutinatam ex fontibus ipsis exhaustam, minime autem e libris nulla critica desumptam vel ad aliorum sententiam et fidem descriptam, prioritatis nominum lege sancte servata, exhibendam curavi.

Quae species dubiae levidensibus characteribus (v. c. colore maxime in Heteropterorum Familia versipelli) innixae mihi visae sunt, easdem prorsus delevi ad suasque proximas revocavi, ne in Scientiae detrimentum nullius valoris ac momenti vana nomina ulterius officerent.

Non desunt etenim, a quibus inanis gloriolae pruritu et arbitrio, assumpta nova excogitandi aliorumque detecta pessumdandi notaque jam pro novis venditandi auctoritate et consuetudine, res Entomologica hocce tempore fere vitiata et adulterata extitit, adeo ut Linnaeum quemdam jam expectet, qui denuo illam in aprico collocet et ab aliena usurpatione liberam evincat. —

Opera ad Historiam Heteropterorum, Berolini a me visa et comparata:

Ahrens. Faun. ins. eur. Vide *Germar.*

Amyot, C. J. B. et *Audinet Serville* Hémipteres. Paris 1843. 8vo. cum figuris coloratis.

Amyot, C. J. B. Entomologie Française. Rhynchotes. Méthode mononymique. Avec 5 planches. Paris 1848. 8vo. (Nova nomina Mononymica barbara ex lingua hebraica in damnum Scientiae a cl. auctore proposita nunquam sanctionem apud Entomologos habebunt).

Ashton, R. J. On the wings of the Hemiptera (in *Transactions of the Entomological Society of London* Volum. III. Pars II. 1842. 95. XIV. Tab. 7. Fig. 5 — 8 alae *Notonectae glaucae*).

Blanchard, E. Histoire naturelle des insectes. Paris 1840. 8vo. Tome III. cum figur. coloratis.

Boitard, M. Nouveau Manuel complet d'Entomologie. Paris 1843 in 12o. Tome III.

Brullé, A. Histoire naturelle des insectes. Paris 1836. 8vo. Tome IX.

Burmeister, Hermann Handb. der Entomologie. Zweit. Band. Berlin 1839 in 8vo.

Coquebert, J. A. Illustratio Iconographica insectorum, quae in Museis Parisinis observavit et in lucem edidit J. C. Fabricius. Parisiis in 4o. Dec. I. 1799. II. 1801. III. 1804.

Curtis, J. British entomology, being illustrations and descriptions of the genera of insects found in Great Britain and Ireland. Vol. I. — XVII. 1823 — 1840. London. 8vo. cum 700 tabulis eximie pictis.

Cyrillo, D. Entomologiae neapolitanae specimen. Neapoli 1787 in Folio cum fig. color.

Dalman, J. W. Analecta entomologica cum Tabulis IV aeneis. Holmiae 1823 in 4o.

Donovan, J. E. The natural History of British Insects. Fasc. I. — XVI. Londini 1802 — 1813. 8vo. cum 576 tabulis eximie pictis.

Dufour, Leon Recherches anatomiques et philosophiques sur les Hémiptères. Paris 1833. in 4o. cum figur. nigr.

Eversmann Catalogus Rhynchotorum inter Volgam fluvium et montes Uralenses (in *Bulletin de la Societé Impériale des Naturalistes* de Moscou. Volum. X. 1837. No. I. 33).

Eversmann, nova species *Acanthia ciliata* Casani degens (in *Bulletin* supr. cit. Vol. XIV. 1841. No. III. 359 cum figura. — *Hujus Diarii qui ab anno 1828 interrupte continuatur, tantum completa volumina ex annis 1837 ad 1848 inclusive in Bibliotheca regia berolinensi inveni).*

Fabricius, J. Chr. Entomologia systematica. Tomus IV. Hafniae 1794. in 8vo.

— Ejusdem. Supplementum Entomologiae systematicae. Hafniae 1798.

— Ejusdem. Systema Rhyngotorum. Brunswigae. 1803. in 8vo.

Fieber, Franz Xavier, Entomologische Monographien. Sieben Abhandlungen mit 10 Tafeln in Steindruck. Prag 1845 in 4o. (in *Abhandlungen der Königlichen Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften.* Fünfte Folge. Dritter Band von den Jahren 1843—1844. — Monographiae: *Sigara* p. 289. *Ploa* p. 294. *Tingitides* p. 298. *Ophtalmicus* p. 390).

Fallén, C. F. Monographia Cimicum Sueciae. Hafniae 1818. 8vo.

— Ejusdem. Supplementum ad Monographiam Cimicum Sueciae Hafniae 1826. 8vo.

— Ejusdem. Hemiptera Sueciae (Heteroptera) Lundae 1829. 8vo.

— Ejusdem. Hydrocorides et Naucorides Sueciae. Lundae 1814. 8vo.

Frisch Beschreibung von allerlei Insecten in Deutschland. Berolini 1730 in 4to cum fig. nigris.

Germar, E. Fr. Zeitschrift für die Entomologie I. Band. 1. Heft. Leipzig 1839: Beiträge zu einer Monographie der Schildwanzen p. 1—146.

— Ejusdem. Fauna insectorum Europae. Halae Fasc. I.—XXIV. in 16o. trans. Fasc. I. et II. ab Ahrensio, III. a Kaulfussio et Germar., IV. et sequentes ab ipso Germaro editi. Fasciculum XXII. et XXIII. non vidi.

Hahn, C. W. Die Wanzenartigen Insecten. Nürnberg in 8vo. cum figuris coloratis. Band I. (Tab. 1—36) 1831. Band II. (Tab. 37—72) 1834. Band III. (Tab. 73—108) 1835, a p. 32. Tab. 84 editus a *Haerricho-Schaeffer* uti et sequentia volumina: Band IV. (Tab. 109—144) 1839. Band V. (Tab. 145—180) 1839. Band VI. (Tab. 181—216) 1842. Band VII. (Tab. 217—252) 1844. Band VIII. (Tab. 253—287) 1847. Band IX. Heft I. (Tab. 288—294) 1849.

Haerr. Schaeff. Wanz. vide *Hahn.*

— — Cont. in Panz. vide *Panzer.*

Hope A catalogue of Hemiptera, with short latin descriptions of the new species. London 1837. 4to.

Illiger vide *Rossi.*

Klug et *Ehrenberg* Symbolae physicae s. Icones et Descriptiones insectorum quae ex itinere per Africam borealem et Asiam occidentalem *Friederici Guilielmi Hemprich* et *Christiani Godefredi Ehrenberg* studio novae aut illustratae redierunt. Decas V. Berolini 1845 in folio cum splendidis figuris.

Labram, J. D. et *Imhoff, L.* Insecten der Schweiz. Basel in 8vo. minor. Bändchen I. (1—20 Heft) 1836; Bänd. II. (Heft 21—40) 1838; Bänd. III. (Heft 41—60) 1842; Bänd. IV. (Heft 61—80) sine anno. — *Tabulae lapidi incisae non numeratae, figurae pulchrae* et *bene pictae.*

De Laporte de Castelnau Essai d'une classification systématique sur les Hémiptères, dans le Magasin de Zoologie de M. Guérin-Méneville. Paris 1833. 8vo.

Latreille, P. A. Histoire naturelle des Crustacés et des Insectes. Volume XII. Paris 1802. 8vo.

— Ejusdem. Genera Crustaceorum et insectorum. Volumen III. 1808. 8vo.

Leach, W. E. On the classification of the natural tribe of Insectes Notonectides (in Linnaean Transactions. Volum. XII.).

Le Pelletier de St. Fargeau et *Serville* Encyclopedie méthodique. Entomologie Tome X. Paris 1825 in 4to.

Linné, C. a. Fauna suecica. Editio secunda Holmiae 1761. in 8vo.

Meyer, L. R. Verzeichniss der in der Schweiz einheimischen Rhynchoten. Erstes Heft mit 7 Kupfertafeln. Solothurn 1843 in 8vo. (*Phytocorides* et *Capsini*).

Panzer, Fr. W. Faunae insectorum germanicae initia. Nürnberg Fasc. 1—109 in 12o. transverso (ab anno 1793—1808 editae. Post obitum auctoris ibidem continuatur. Fasc. 110—190 (1844). Plures species Heteropterorum in hac continuatione illustravit et descripsit *Haerrich-Schaeffer*, inclusive a Fasciculo 110, ex Familiis 1, 2, 3 et 5.

Rösel von Rosenhof, Monatliche Insectenbelustigungen. Nürnberg in 4to. Vol. I.—IV. 1746—1761. — Tertio volumine aliquot Hydrocorisae insunt.

Rossius, Petrus, Fauna etrusca sistens insecta quae in Provinciis Florentina et Pisana reperiuntur, iterum edita et annotatis perpetuis aucta a *Carolo Jlliger*. Helmstadii Tom. II. 1807. cum IX. tab. color. in 8vo.

Sahlberg, C. R. Observationes quaedam Historiam Notonectidum imprimis Fennicarum illustrantes. Aboae. 1819. in 4to.

Schaeffer, J. J. Icones insectorum circa Ratisbonam indigenorum. Ratisbonae 1769 in 4to. cum 250 tabb. color. et Commentario Panzeriano 1804. edito.

Schellenberg, J. R. Das Geschlecht der Land- und Wasserwanzen. Zürich 1800 in 8vo. cum 14 tabulis bene coloratis.

Schilling Beiträge zur Entomologie. Erstes Heft. Breslau 1829. in 8vo. cum XVII. tabulis nigris (Opus hoc frustra apud Bibliopolas berolinenses quaesitum, quo et Bibliothecae privatae et publicae hujus urbis carerent, a clar. Professore *Ratzeburg*, absoluto jam primo fasciculo, dono obtinui).

Schummel, T. E. et *Stannius, F. H.* Beiträge zur Entomologie, besonders in Bezug auf Schlesien. Versuch der Familie der Ruderwanzen (*Ploteres* Latr.). Zweites Heft. Breslau 1832. in 8vo. cum fig. nigris.

Scopoli, J. A. Entomologia carniolica. Vindobonae 1763. in 8vo. cum multis figur. nigris.

Spinola, Maximil. Essai sur les genres d'insectes appartenant à l'ordre des Hémiptères — Hétéroptères. Gênes 1837. in 8vo.

Stoll Représentation des Punaises, qui se trouvent dans les quatres Parties du monde. Amsterdam 1788. in 4to. cum LXX tabulis coloratis.

Sulzer, J. H. Abgekürzte Geschichte der Insecten. Winterthur. Zweiter Theil. 1766 —1789. in 4to. cum tab. color.

De Tigny Histoire naturelle des insectes. Tome IV. Hemiptères. Paris 1802. in 12o. (opusculum parvi praetii).

Villers, Car. de, Caroli Linnaei Entomologia, Faunae suecicae descriptionibus aucta. Tomus Primus. Lugduni 1789. in 8vo. cum III. tab. fig. nigr.

Westwood Observations upon the Hemipterous Insects composing the genus Syrtis of Fabricius (in *Transactions of the Entomological Society of London.* Volumen III. 18. II. Tab. II.).

Wolf, T. Fr. Abbildungen der Wanzen. Erlangae in 4to. cum figuris coloratis. Heft I. (Tab. I—IV) 1800; II. (Tab. V—VIII) 1801; III. (Tab. IX—XII) 1802; IV. (Tab. XIII—XVI) 1804; V. et ultimus (Tab. XVII—XX) cum paginatione continuata per omnes fasciculos.

Zetterstaedt, J. W. Insecta lapponica. Lipsiae 1838. Folio.

DE HETEROPTERIS GENERATIM.

Hemipterorum Ordinis Linnaeani pars, quae *hemielytris rostroque versus pectus inflexo* eminet, vel superficiali tantum instrumentorum oris inspectione facile in duas magnas Phalanges abit; rostrum enim aliis est *frontale seu e capitis apice antico*, aliis *gulare seu pectorale e capitis parte infera et postica sub gula enascens*. Haec Gulaerostria (*Homoptera* Latr.), illa Frontirostria (*Heteroptera* Latr.) appellavit Cl. *Zetterstaedt*[1]) Ambas autem hasce phalanges (subjunctis *Phtiropteris* et *Pseudopteris* Amyoti[2])), complectunt nunc *Hemiptera* Latreilliana[3]), *Proboscidea* a Scopolio[4]), *Rhyngota* a Fabricio[5]), *Rhynchota* a cl. Burmeister[6]) et *Arthrognata* a Spinola[7]) nominata, si enim aliis carerent characteribus, jam hoc solo e conformatione oris inter reliquos insectorum Ordines discernerentur.

§. 1. Heteroptera antiquitus *Cimices* propter peculiarem pluribus proprium ingratum odorem, dicta, in generali structura cum aliis insectis conveniunt, et a proximis Homopteris Hemielytrorum fabrica et praesertim situ rostri recedunt. In systemate naturali inter insecta quadrialata, Hymenopteris locum inferiorem tenent, haec enim etiamsi haustellata sunt cum perfectiore evolutione organorum oris, plus tamen illis instincti et intellectus ostendunt. Habitus illis proprius maxime varius; *Cydni* v. c. Scarabaeos, *Gerrides* et *Beryti* Tipulas, *Myrmecoris* Formices et *Notonectici* Cercopides, e. s. p. in mentem revocant.

§. 2. Corpus Heteropterorum constat: capite, thorace, alis, abdomine et extremitatibus.

A. Caput.

§. 3. Caput in universum parvum, modo arcte thoraci adnatum, modo conspicuo collo ab illo separatum, variam ostendit formam siculi: orbiculatum

1) Insect. lappon. p. 258 et 286.

2) Entom. Franç. Méth. mon. p. 435 et 470.

3) Régne animal 1829. II. 387. Famill. Natur. p. 419.

4) Entomolog. carniol. p. 112.

5) Syst. Rhyng. Brunsw. 1803.

6) Handb. d. Ent. II. 1839. p. 45.

7) Essai sur les genres d'Insectes appartenant a l'Ordre des Hémiptères — Hétéroptères. Gênes 1837. p. 23.

globosum, triangulare, quadrangulare, parabolicum, cylindricum e. s. p., et modo horizontale, modo cernuum v. arcuatum est.

In capite distinguimus partem inferiorem s. gulam et superiorem s. verticem, marginem anteriorem s. *frontem* et duos margines laterales cum anteriore angulatim aut arcuatim confluentes. Vertex capitis v. totus ambitus clypei, sulcis duobus longitudinalibus ab occipite in tres areas v. lobos dividitur, qui vel omnes ad frontem in eadem altitudine terminantur vel laterales medium excedunt, aut ab illo superati sunt, exinde oritur frons capitis s. margo clypei anterior, integer, subtrilobus, emarginatus e. s. p. — Lobi clypei laterales (*Bucculae* Fieber) extrorsum modo sunt rotundati, modo carinati. In familiis inferioribus tuberculis antenniferis longitudinaliter lobis clypei lateralibus adnatis, aut lobis ipsis in corniculos solutis, forma capitis vario modo mutatur. Canalis v. sulcus gularis, lobis hisce deorsum productis exoritur, cui vaginae rostri articulus primus facile reconditur. — Aliae partes capitis sunt os, oculi, ocelli et antennae.

§. 4. Os constat rostro suctorio inflexo, quod e tribus partibus distinctis scilicet e *vagina*, *labro* et *haustello* conflatum est.

a. Rostrum proprium s. vagina (*labium inferius*) refert tubum longitudinaliter superne fissum e lobo medio clypei subtus enatum, tri-, quadri- vel in *Monanthia* quinquearticulatum.

b. Labrum (*labium superius*) saepissime parvum, abbreviatum, triangulare supra rostri vaginam enatum, basin ejus supra obtegit; haud raro tenue, elongatum, transversim striatum, apicem ejus attingit.

c. Haustellum in rima vaginae absconditum, e quatuor setis capillaribus, arcte sibi adpressis, apice acutissimis formatum est. Setae ejus duae superiores mandibulis, duae inferiores maxillis Piezatorum (Coleopterorum et Orthopterorum) quodammodo analogae etiamsi palpis destitutae, Antliatorum (Dipterorum) more cibo tractando inserviunt, earumque ope haustio succorum absolvitur. Praeter hasce setas in ore Heteropterorum, vidit cl. *Burmeister* (Handb. d. Ent. II. 46) linguam minutam, sed haec sine usu microscopii difficile investigatur.

§. 5. Oculi compositi magis minusve prominuli, rotundati, laterales: in *Pygolampide* et *Limnobate* propter caput cylindrico-elongatum, quasi collo inserti apparent. Genera nonnulla uti: *Podops*, *Phimodera*, *Ophthalmicus*, *Labops* Burm. (Ophtalmocoris *Zett.* *Salda* et *Leptopus* oculis subpedunculatis, ex parte Astacinis similibus excellunt.

§. 6. Ocelli (*Stemmata*) sunt duo corpuscula subrotunda nitida, flavescentia, ex corio emersa, plus vel minus remota in occipite aut inter oculos conspicua, in *Reduvinis* peculiari protuberantiae imposita et approximata. Quaedam totae familiae v. c. *Astemmites* et *Hydrodromici* ocellis omnino ca-

rent. Inter *Infericornes* Pyrrhocoridi et Microphysae deficiunt. Usus illorum hucusque incognitus.

§. 7. Antennarum structura pluribus modificationibus, nec tantum in ejusdem Familiae generibus, sed interdum in vario sexu ejusdem generis quo ad longitudinem articulorum eorumque conformationem (v. c. in *Harpocera* Curt.) subjicitur. Apud Geocorizas antennae sunt exsertae, conspicuae marginem capitis excedentes 5—4 articulatae, apud Hydrocorizas brevissimae 4—3 articulatae, sub capite absconditae, in his Cicadearum in illis Coleopterorum, typum repetunt. Articulis normalibus longioribus, praesertim inter secundum et tertium, inter tertium et quartum, et inter quartum et quintum non raro interpositi sunt minuti accessorii, unde Cl. *Burmeister* numerum typicum apud maxime excultos *Longiscutos* octonarium putat, quodque et in aliis familiis (in *Pseudophlaeo Genei* Germ. Spin.) confirmatur. Inseruntur antennae ope tuberculi aut sub margine clypei infra lineam idealem ab oculis ad apicem rostri ductam, aut supra hanc lineam aut in ipsa linea. Usum antennarum in olfactu ex observationibus microscopicis confirmavit Div. *Erichson* [1]).

B. Thorax.

§. 8. Thorax e tribus partibus distinctis, coalitis, conflatus, quarum anterior prothorax, media mesothorax et postica methathorax audit. Inferior thoracis pars v. Pectus distinguitur in praesternum, mesosternum et metasternum, quae a prothorace supra obtecta, subtus pedes per paria affixos habent. Anterior pars praesterni in dentem acutum terminata in *Pygolampide,* apud nonnullos *Longiscutos* in laminam antice solvitur quae antennas sub periculo ab animalculo retractas, obtegit, in reliquis Heteropteris nihil peculiaris ostendit. Parietes pectoris inter pedes, coëunt in suturam v. raphem quae vulgo carinulae sub forma conspicua, in *Acanthosomate* insolito modo in medio pectoris sub forma cristae sternalis extus proruditur. In *Tingidibus* secus acetabula similes cristae v. laminae, canalem pectoralem formant in quo rostrum quiescit. — In pectore adsunt utrinque duo ostia spiraculorum pectoralium, scilicet unum par ad singulum marginem exteriorem acetabuli in praesterno et mesosterno; in metasterno autem ostium organis odoriferi in plica transversa; ostia haec aeque ac ventralia saepe puncto nigro distinguuntur.

Pronotum (*Dorsum thoracis* alior.; *prédorsum* Amyot) est superior dorsalis pars thoracis, maxime evoluta aliasque subtus povitas obtegens, abdomini et scutello contigua, forma et superficie valde varia. In pronoto vul-

1) De Fabrica et usu antennarum in insectis. Berolini. 4to 1847. 12. §. 18.

gari, latera s. margines: quatuor, quinque aut sex, totidemque anguli discernuntur. Margo anterior capiti proximus, saepissime arcum sinu extus spectanti refert; rarius rectus aut rotundatus observatur. Margines laterales cum anteriore, angulos anteriores, iidem cum posteriore, angulos humerales formant. Margo posterior modo recte truncatus, modo arcuatim inflexus, saepius autem arcuatim convexus occurrit; in *Tingidibus* ipso medio angulatim fractus et supra scutellum productus, processus a *Fiebero* dicitur. Sed apud *Longiscutos* inter angulos humerales et angulos scutelli idem margo anterior saepe in angulos posteriores inflectitur, qui in variis generibus *Longiscutorum* plus v. minus conspicui sunt, aut sensim sensimque ad humeros disparent et cum illis confluunt. — In parte antica pronoti apud omnes familias superiores Heteropterorum, observatur litura aut impressio transversa, quam *liturae normalis* nomine designamus. A generali conformatione thoracis nostratium Heteropterorum singularem aberrationem ostendit *Myrmecoris* cujus thoracis partes uti in Formicis segregatae sunt.

§. 9. Scutellum parte sua basilari cum mesothorace coalescens in diversis familiis varium gradum evolutionis obtinet. In *Longiscutis orbiscutis* maximum, basi rectangulare totum abdomen et hemielytra ad costas obtegens, lato terminatur arcu; in *Longiscutis coniscutis* majoris magnitudinis formae parabolicae aut conico triangulare, saltem medium abdominis excedit, in aliis Familiis mediocre aut parvum, semper triangulare, apud *Tingides* a processu pronoti obtectum, quasi deficere videtur.

C. Alae.

§. 10. Alas omnia Heteroptera perfecte evoluta normaliter quatuor habent, duas superiores et duas inferiores horizontaliter in abdomine extensas, sibi incumbentes, superiorum apicibus decussatim superpositis. Sed in conformatione superiorum tot modificationes obveniunt, ut rigorosos terminos ad illas circumscriptiones haud admittunt.

a. *Hemielytra* propria s. vera apellantur quando pars coriacea s. corium et membrana apicalis, colore et consistentia evidenter differunt v. c. in omnibus *Longiscutis.*

b. *Tegmina* (Fieber) a Hemielytris discrepant, substantia tota homogenea v. membranacea, tenui, vitrea, quae tamen basin versus incrassata et coriacea apparet v. c. in *Corizis.*

c. *Sagenae* (Fieber) dicuntur, quum tota compages alarum superiorum homogenea, vitrea, aut membranacea ex areolis creberrimis reti ad instar conflata est v. c. apud *Tingides.*

In Hemielytris veris discriminantur: margo costalis s. exterior, margini abdominali propinquus, et oppositus margo interior, nec non angulus

exterior et angulus interior membranae contigui, quibus corium aliquot nervis longitudinalibus instructum, et in areas longitudinales divisum, limitatur. Interior pars corii scutello proxima et a reliquis plica v. sulco separata in *Pentatomate* et *Astemmitibus* elongato-triangularis, in *Lygaeo*, *Pachymero* aliisque trapeziformis, clavi nomine a *Schillingio* jam insignita, in vivo insecto mobilis apparet. In tegminibus et sagenis *clavus* saepe deficit v. c. in *Velia* et *Hydrometra*, vel areolis proprio loco repraesentatur. In *Astemmitibus* pluribus praeter areas corii normales (marginalem, mediam et lateralem) praeter clavum et membranam, observatur insuper appendix (*Schilling*) v. area apicalis, membranae et corio interposita triangularis pars, quae apicem hemielytrorum mobilem et refractam reddit.

Apud Hydrocorisas (*Corixa* et *Naucoride*) in basi areae marginalis corii, reperitur pars incrassata quadrangularis formae (*Embolium* Fieber), quae claudendis hemielytris inservit.

Membrana hemielytrorum apud Heteroptera perfectiora apicem corii obliquum terminat, nervisque longitudinalibus percursa est; at in *Astemmitibus* desunt nervi longitudinales, sed adsunt alii duo qui ab angulo interno corii subito inflexi aut refracti in basi membranae cellulam sesquialteram formant; in *Xylocoride* parva membrana triangularis apici corii exciso interposita.

Nonnulla praeterea genuina Heteroptera, corium hemielytrorum abbreviatum habentia, constanter rite evoluta membrana privata, quasi larvae aut pupae semper apud nos apparent v. c. *Pyrrhocoris aptera*, *Pachymerus pictus* et *staphylinoides*, *Metastemma guttula*, *Cimex lectularius*, *Reduvius guttula*, *Nabis subaptera* e. s. p.

Postremum *Haltici* et *Chlamydati* omnes, *Micrelytra fossularum* et nonnulli *Ophthalmici*, non tantum vectigiis membranae in hemielytris destituantur, sed et alis omnino carent.

Alae propriae sub hemielytris complicatae aut absconditae, longitudinaliter parum nervosae: nervo costali medium costae attingente cum nervo auxiliario aream oblongam formante, quae nervis duobus discretis apicem versus terminatur. Praeterea vix nisi duo observantur nervi longitudinales, simplices alter in medio, alter ad marginem interiorem.

D. Abdomen.

§. 11. Abdomen Heteropterorum vulgo e sex segmentis v. annulis (ex octo in *Astemmitibus*), coriaceis, continuis quae circum circa ad marginem exteriorem commissura notantur, nec tamen divisa sunt, constat. Segmentum primum ventrale, cum metathorace coalitum, extus non conspicitur; secundum (cum primo ostio spiraculorum ventrali) apud *Pentatomates* nonnullas et in *Acanthosomatibus* in spinam basilarem inter pedes porrectam

erigitur; ultimum pro ano s. segmento anali excipiendo, excavatum aut late excisum est.

Apud *Infericornes* et *Astemmites* duo ultima segmenta ventralia, rima divisa sunt, ex qua foeminarum oviductus exseritur. Singulum segmentum ventrale utrinque prope marginem exteriorem poro v. ostio respiratorio pertusum et puncto obscuro saepe notatum. Spiraculorum ventralium ostia utrinque 5 rarius 6 v. 7, numerantur. Venter vel convexum rotundatum, vel convexum carinatum vel planiusculum.

Segmenta abdominalia ad marginem aut concinne sibi adhaerent aut angulis exterioribus plus vel minus postice in dentes hiant, aut in tubercula elevantur. Margo abdominalis hemielytra excedens aut horizontalis aut sursum elevatus.

Segmentum anale v. Anus ultimo abdominali inclavatum apud mares unam valvulam planam aut convexam format, apud foeminas e duabus longitudinalibus rima divisis, vel ex quatuor, quinque usque ad septem distinctis, conflatum est. Numerus valvularum analium apud foeminas augetur in familiis Heteropterorum superioribus, quae oviductum inter valvulis absconditum habent, diminuitur in inferioribus, quum oviducti rudimentum extus apparet et in *Astemmitibus*, quorum apex oviducti conspicue emersus ad duas valvulas anales, redactus observatur.

E. Extremitates.

§. 12. Pedes sex cum acetabulis prominulis arcte partibus pectoris (§. 8) adnatis, articulantur. Singulus pes constat ex coxa, trochantere, femore, tibia et tarso. Coxae et trochanteres vulgo brevissimae, in quibusdam generibus (*Phimodera*, *Gerris*) tanquam abnormes memoranda sunt. Femora tibiis crassiora, conformationis respecta varia; anteriora duo in *Asopi* quibusdam speciebus dente uno, in omnibus fere *Pachymeris* subtus dente uno alterove armata sunt; posteriora duo in *Alydo*, *Stenocephalo*, *Syromasto*, *Coreo*, *Pseudophlaeo*, *Oncocephalo* et *Miride spinipede*, denticulis, tuberculis spinulisve armata apparent. Femora valde elongata filiformia possident *Reduvini stenopodides*, apice clavata *Beryti* e. s. p.

Tibiae femoribus tenuiores, quadrangulares aut prismaticae rectae aut curvatae, modo omnino sunt nudae, modo pilis brevibus, ciliis sparsis aut spinulis seriatim dispositis, obsitae; anteriores duo in *Longiscutis* denticulo normali instructae, in *Asopo sanguinipede* et *Pachymeris* nonnullis sub apice simpliciter dilatatae, in *Reduvinis spongipedibus* solea incrassata calceatae apparent. Memorabilis est structura tibiarum posteriorum in *Corixa* et *Ploa*, quae scilicet compressae et dense setulosae *Dytisconem* mere, remigum in nando functionem excercent.

Numerus articulorum in tarsis normalis ternarius, attamen inter *Longiscutos* jam *Thyreocoris* et *Acanthosoma* inter *Ploteres, Limnobates* et *Hydrometra* tarsis biarticulatis, inter *Hydrocorisas, Naucoris, Nepa* et *Ranatra* tarsis uniarticulatis, distinguuntur. Ultimi tarsorum articuli, unguiculis duplicatis aut simplicibus plus vel minus recurvis terminantur, quibus saepe pulvillus minutus membranaceus, scandendo adjuvans, interjectus est.

Ex hac varia conformatione, variae species pedum nominandae veniunt. Sic dicti *gressorii, ambulatorii* et *cursorii* saepissime nec in longitudine, nec in structura nihil peculiaris ostendunt; apud alios adinstar remigum compressi sunt s. *natatorii*, in aliis postici *saltatorii*, in aliis denique anteriores difformes *raptorii* (in *Syrti, Gerride, Hydrometra, Naucoride, Nepa* et *Ranatra*); horum femora incrassata cum sulco subtus longitudinali, ad tibiam cultri portatilis adinstar, recondendam.

§. 13. Omnes et singulas Heteropterorum species, irritatas, aut in periculo versantes sub contactu, ad nutum voluntatis, specificum odorem spirandi facultate excellere, qui sub forma subtilissimi et penetrantis vaporis, aërem circumdantem inquinat, et inimicos profligat, bene notum sit. Sic *Pentatoma punctipennis* et *purpuripennis, Stenocephalus nugax, Cymus didymus* v. *Resedae, Heterogaster Urticae, Anthocorides* et *Nabides, Pelogonus marginatus* et *Corixae* odore suo a *Cimice lectulario* non differunt. *Reduvius personatus* murino, *Nepini* halecibus putridis, *Trigonosoma lineata* et *semipunctata* pomis putrescentibus, similem odorem, spirant. Non ingratum odorem Nigellae seminibus in *Corizis,* floribus Muscari botryoidis in *Phytocoride sexpunctata,* baccis Ribesii nigri in *Capso tricolore,* acetico in *Micrelytra fossularum,* analogum, ipsi confirmavimus. Contra in *Pentatoma oleracea, Pyrrhocoride aptera,* in pluribus *Pachymeris* et *Syrtide,* vix odor perspicuus, investigatur. Hinc affinitatem, quae inter Heteroptera indicat, maximam, haec qualitas ab homogeneo alimenti genere minus apte quam a structura corporis interna conformi explicandam, quoniam in eadem planta foetidissimae species cum aromaticis insimul vivunt, comprobare videtur.

Secundum experimenta *L. Dufour* (Rech. Hém. 267) in *Pentatomate punctipenni* instituta, vapor hujus insecti adeo acris est ut non modo lachrymationem oculorum producit, sed immediate cuti applicatus in illa maculam fuscam aut rutilantem quasi ab acidis mineralibus actione, arcte adhaerentem, caussat. Pluries ipse ab exhalatione hujus generis, quum *Pent. punctipennem, Pent. purpuripennem* et *Stenocephalum nugacem* acubus infixas et in pileo caput obtegente reconditos, domo tuli, diram cephaleam, expertus sum. Odore hoc alia insecta majora cum quibusdam *Anthocoridibus* minutis in eadem lagenula occlusa, haud raro asphyctica inveni. Hinc omnes fere aves Heteroptera respuunt.

Organon odoriferum Heteropterorum est bursa vesiculosa flava cavitati abdominali sub visceribus inclusa. Ostia ejus excretoria supra indicavimus (§. 8).

§. 14. Heteroptera nullum sonum produnt et mere aphona insecta dici possunt. *Reduvini spongipedes* et omnes *Harpactorides*, manu tractatae, alterendo occiput laevigatum prothoraci, ingratam stridulationem *Lamiarum* more, producunt.

§. 15. Maximae partis Heteropterorum, motus ambulatorius frequentior. *Capsides* nonnulli et *Saldae* gryllorum adinstar saltant. Hydrocorisae solae in aqua vivunt et natant. Utrisque ad volatum apud imagines tantummodo, inserviunt alae, sed volatus hic non continuus at brevis et interruptus, ad locum mutandum necessarius, animadvertitur. Attamen quaedam genera v. c. *Micrelitra*, *Hebrus*, *Limnobates*, *Velda* et *Hydrometra*, quae etiamsi in vicinitate aquae degunt, aut super ipsam aquam currunt nunquam tamen in aqua natant, mere amphibia dici possunt.

§. 16. Alimentum e succo vegetabilium hauriunt, nec nisi pauciores Longiscuti (*Pentatoma rufipes* et *Asopus luridus*) larvas Lepidopterorum infestant. Larvae *Reduvii personati*, *Cimicem lectulariam* prosequunt. *Nepini* e rapina aliorum vivunt et vere rapaces sunt. *Cimices* omnes Sanguisugae, nec *Corticicolae*, praesertim *Aradides*, ex hac palaestra sejungendi. *Tingitides* maxima ex parte nectare cynarocephalarum plantarum, nutriuntur.

§. 17. Vita et metamorphosis Heteropterorum a reliquis Hemipteris generatim, haud multo recedere videtur, quum pauca de illis scimus. Explicatur scilicet ab ovo larva hexapoda, imagini aliquatenus similis at aptera, numero articulorum in antennis quae vulgo crassiores sunt defectu ocellorum et in tarsis saepe, diversa. Hemielytris alisque explicatis Imago s. insectum completum oritur. Ante hoc tempus in statu larvae vitam degit, nisi a tempore quando elytra alaeque complicata et in vagina abscondita in conspectum veniunt, statum Nymphae s. pupae dicere velles. Haec insecta pro more solito tunicas ter quaterve deponere verisimile est, at raro nisi in *Cimice lectulario* observatum (Cfr. Amyot Ent. Tr. 253 et sqq.).

§. 18. Instat tempus copulationis saepius et quidem saepissime non prius, quam insectum perfecte est declaratum. In Heteropteris autem hujus rei plures forsitan dantur exceptiones quam in aliis insectorum familiis alatis. Quasdam species nostras semper apteras permanere supra indicavimus (§. 10). In aliis sexus alteruter alatus ex. gr. mas *Haltici mutabilis* et *Haltici pallicornis* qui in copula cum foemina aptera reperitur. In aliis observatur copula ante explicationem hemielytrorum ex. c. in *Chorosomate miriformi*, in *Hydrometris* et *Veliis*, quae ante explicationem hemielytrorum eadem ratione ac perfecte alatae, copulam absolvunt.

§. 19. Generatio per annum saepissime duplex, alia versus finem veris, alia versus finem aestatis. Ex altera plures ante hyemis tempestatem absoluta metamorphosi, larvae cum imaginibus sub cortice arborum sub lapidibus plantisque exsiccatis in torpore hybernant, et prima vere radiis solis refocillatae, metamorphosin suam pergunt.

§. 20. Ova loco pro victu et securitate prolis idoneo comittunt. Plerosque eorum sub cortice arborum vel ad radices plantarum progeniem abscondere creditur. Geocorisae plures illa symmetrice in series transversales paginae superiori foliorum adglutinant. Ovula haec sphaeroidalia aut cylindrica, nigra nitidissima *Nabidis subapterae*, nigro-plumbea variegata *Pentatomatis ornatae*, rufescentia *Syromastidis marginati*, rubra *Corizi Hyoscyami*, prasina *Tetyrae Maurae*, albo-margaritacea *Pyrrhocoridis apterae*, griseo-margaritacea *Pentatomatis punctipennis* e. s. p., sporangiorum in Muscis more operculo clauduntur, et in ambitu ad marginem testae follicularis post exclusionem pulli, conspicuis ciliis instructa sunt. — Hydrocorisae ovula folliculata solitaria supra filis appendiculata, plantis submersis adglutinant.

§. 21. Imago sola characteres systematicos conservat quare larvae et puppae (§. 17) ad comparandas tantum cum illis imagines idoneae, ipsae contemnendae et sine summa experientia diuturna haud determinandae, rejiciendae sunt. Solerte autem observandus sexus (§. 11 et 18) in copula, quae sola optime tutoque mares foeminibus in collectione adjungere, permittit.

§. 22. Justa et adaequata determinatio species exsiccatae impeditur partim mollitie ob quam corpus exsiccatum corrugatur et transfiguratur, partim mutatione coloris saepe diversissimi in insecto vivo et mortuo, a quo differentiae haud raro desumi possunt. Sic *Astemmitides* corpore molli et tenero majori ex parte post obitum contracti et corrugati vivis vix similes evadunt, dum *Longiscuti* aliarumque Familiarum species non exceptis *Membranaceis*, haud suos characteres organicos amittunt.

Mutationem coloris Heteropterorum in natura dermatis corporis sub influxu temperiei aëris, anni tempestatis aetatisque positam esse, et faciliorem quam in aliis insectis, diuturnae observationes confirmant. Derma hoc in decursu vitae insecti analogas phases coloris foliorum sequere, haud paucis probatur exemplis in pluribus *Pentatomatibus*, *Acanthosomatibus* et *Phytocoridibus*, quae virides aestate, rubescentes aut fuscae autumnali tempore, mortuis foliis colore similes evadunt. Sed et aliae adhuc existunt caussae hujusce mutationis.

Sic species *Astemmitidum* nonnullae (*Phytocorides* pusillae, *Capsus magnicornis*, *pulverulentus*, *Gyllenhalii* et al. pl.) demissis aetatis decursu squamulis pilisque quibus corpus juvenile obtectum est, exinde colorem nitidum, nigrum aut fuscum aequirunt et nisi oculo bene in his rebus exercitato, recte recog-

noscuntur. *Chorosomates*, *Mirides* et *Phytocorides* tempore vitae viridescentes post mortem colorem viridem in flavescentem aut testaceum ex toto aut ex parte permutant. Huic mutationi maxime obnoxia sunt caput, anticum pronotum, margo exterior hemielytrorum, pedesque.

Postremum, plurium generum, praesertim *Pentatomatis*, et inter *Astemmites*, *Capsi*, *Lopi*, *Phytocoridis* et s. p., singulari proclivitate ad mutationem coloris partium, individua aut varietates, quasi distinctas species simulant, eo magis quod constantes in speciebus numerosis, locisque certis propriae, admixta typicae formae, obveniunt. Haud itaque mirare oportet, non solum olim, sed et hodie adhuc illas varietates et formas tanquam species ab entomologis ratas iri, quae ex solis unicisque speciminibus descriptae, nec e comparatione plurium enatae, non sine damno scientiae in libris existunt. Hic inter alias, veniunt numerosae varietates *Tetyrae Maurae*, *Odontoscelidis fuliginosae*, *Pentatomatis prasinae*, *lunulae*, *purpuripennis*, *smaragdulae*, *Acanthosomatis griseae* in hoc fasciculo descriptae, nec non *Capsus rufipes* et *trifasciatus* (varietates *Capsi elati*), *Capsus lateralis* et *marginatus* Hahn (varietates *Capsi unifasciati*) *Capsus umbellatarum* Panz. et *Caps. infusus* Mus. ber. (varietates *Capsi pratensis*), *Caps. flavicollis* (var. *Capsi atri*), *Capsus tricolor* (var. *Capsi danici*), aliaeque plures, in futuris fasciculis descripturae.

Aliae adhuc species, varietates haud ita constantes ostendunt, sed ex natura intrinseca in infinitum variant v. c. *Pentatoma ornata*, *festiva* et *oleracea*, *Corizi* plures, *Anthocoris nemorum*, *Ophthalmicus grylloides*, *Miris laevigatus*, *calcaratus* et *virens*, *Phytocoris populi*, *Capsus furcatus*, *varipennis*, *roseus*, *variabilis*, *varians* et s. p. Omnium horum numerosissima specimina comparare, ut typus primariae s. normalis formae eruatur, necesse est.

§. 23. Heteropteri vivi et frequenter obvii descriptio certissima, minus frequenter obvii, certior exsiccati. Attamen ex eo non intelligi potest, descriptionem speciei cujus specimina pauca adfuerint vel exsiccata, falsam omnino fore nihilque determinantem, sed notas ab individuis iisque quam plurimis, imprimis nuper captis desumtas ad certam cognitionem plus facere, contendimus. Neque enim obstat quominus notae a paucioribus et exsiccatis desumptae aeque stabiles permaneant, nisi observata in futurum aliter suaserint. Ut autem tota characteristica describendae speciei quasi in cumulo foret, auspiciis excursionum faustis, sedulo notaveris characteres qui vivo insecto perspicui, in mortuo non amplius veniam obviunt, quod praecipue de colore variarum partium existimandum est.

Specimina exsiccata describenda, accidentales characteres habentia, primum purganda sunt. Hic intelligimus illam exsudationem pinguem aut oleo-

sam vatustuis corpus *Pentatomidum* et *Pachymeridum* obducentem, illam efflorescentiam aeruginosam ex aciculis decompositis formatam, quae verum colorem insecti coelando et falsum nitorem impetrando, proficue speciminum cum aciculis in aethere sulphurico aut spiritu vini maceratione v. digestione, abigitur.

§. 24. Quanquam Heteropteris colligendis, quaelibet anni tempestas (non excepto hyeme in provinciis australioribus) idonea dici potest, tamen tempus autumnale et pro parte vernale, magis conveniunt, tunc enim larvae et puppae, quae aestate inter imagines frequentiores sunt minus fucum faciunt. In his autem anni tempestatibus seligendus dies serenus, quo insecta haec ex latebris suis egressa, sole aprico refocillantur. Certa tamen genera et species in hac vel illa magis abundare, aut constanter observari, notum est. In provinciis australioribus totum fere per annum sub lapidibus et muscis, *Nabides, Pachymeri, Xylocorides, Aradides, Monanthiaeque,* abundant. Quaedam vernali tempori magis propria sunt v. c. *Phimodera galgulina, Pentatoma vernalis,* nonnulli *Cydni:* aliae et numerosissimae aestate; *Phytocoris tunicata* Fabr. et Fall. tantum in ultimis diebus autumni, legitur; aliae denique a primo vere usque ad finem Octobris vario in statu evolutionis interrupte sibi succedant.

Locos speciales, singulis, magis fausta fortuna, quam experientia indicabit. Strenuus collector examinabit superficiem plantarum, truncos, ramos, folia, flores; prono cubando inspiciet subtus lapides et radices graminum; investigabit corticem arborum emortuarum, quisquilias truncosque putrescentes, non neglexerit ripas, dulces et salinas, stagnantes fluentesque aquas, terram fertilem et arenam mobilem; investigabit formicarum acervas ubi nonnullae species constanter obveniunt v. c. *Zosmenus anthicus* Fieb. in acervis *Formicae fuliginosae, Microphysa acervorum* in acervis *Formicae rufae* e. s. p.

§. 25. Cuilibet, qui Heteroptera colligere sibi proponit, sequentia absolute necessaria duco. 1) *Excipulum* seu saccus bipedalis altitudinis, e linteo forti crassiore, cum fundo subrotundo, apertura circulo ferreo adsuta manubrio ligneo aliquot spithamas longo firmatus, pro *Geocorisis.* 2) Aliud excipulum cum chlamyde e linteo laxae texturae aut retiforme ut aqua hausta, facile effluat, pro *Hydrocorisis.* 3) Forfex entomologica normalis. 4) Scatulae ligneae e lamina ferrea aut ex charta crassiore ad species vivas et mortuas conservandas (dum v. c. in itinere tempus et locus illarum normali praeparationi (§. 27) deficiunt), praedestinatae. 5) Lagenulae majores et minores e vitro crassiore cum amplo epistomio et obturatione e subere confecto instructae, charta emporetica minutim concisa, pannulis linteis, aut musco depurato ad $\frac{1}{3}$ longitudinis repletae. Hisce viva Heteroptera immittuntur, ne

autem dum saepe aperietur epistomium, fugam darent, per obturatorium trajicitur, ad certam altitudinem utriusque extremitatis prominens tubus vitreus crassitie digiti auricularis, etiam subere claudendus. 6) Lagenula cum chloroformi, aethere sulphurico (aut utrorumque propter earum praetium defectu) aethere sulphurico alcoholisato repleta, cujus aliquot guttulae praecedentibus lagenulis immissae, ad suffocationem animalculorum sufficiunt. 7) Variae species acicularum normalium a No. 0 — 5, ferrearum, platinicarum etc.

§. 26. Species quae collectori obviam facile veniunt capiuntur digitis aut forfice (§. 25. 3); copiosissima tamen messis obtinetur sub usu excipuli (§. 25. 1) quo in gramine vel supra ramos frondosos falcis messorii ad instar movendo, plures in illud variae insimul, incidant. Certum post intervallum hujus encheiresis, excipuli sursum aperti manubrio inter crura aut sub axilla constricto, tenerae et minutae species, ad sacci parietes scandentes tubulo lagenulae aperto, majores digitis comprehense, intus cavitatem, immittuntur. Si tamen heteroptera totum per tempus excursionis, propter defectum liquidi supra memorati (§. 25. 6), viva relinquuntur, sollicite tenera a robustis separare et in distinctas lagenulas colligere, post reditum autem domo immersionis ope lagenularum in aqua fervida per duas sexagintas partes horae, illis spiritum intercludere, necesse est. Quo facto, obturatorio tunc lagenulae remoto, Heteroptera in chartam albam excutiuntur, et aut inter lanam gossypinam in scatulis (§. 25. 4) conservantur, aut post horam unam alteramve elapsam, normali methodo (§. 27) praeparantur. Nunquam autem praesertim calida aestate collecta Heteroptera, per unum vel quod quo pepis per duo nychtemera in lagenulis clausa relinquere, suadeo. Evaporatio ipsa illorum arporis suffocata, maximum detrimentum in colore caussare potest. Neque laudarem illos qui in spiritu vini bene conservare Heteroptera, perhibent: hac enim ratione non tantum valde illorum mutatur color, sed dum viva tali modo trucidantur, semper hemielytra semiaperta et elevata retinent, quae sub exsiccatione in aciculis, non sine difficultate et jactura temporis, ad situm normalem, reducuntur.

§. 27. In normali methodo praeparationis, adfiguntur Heteroptera mortua ad acres Coleopterorum more nempe in margine exteriore corii dextri hemielytri, non in thorace nec in scutello, ne notae ab his partibus desumendae, laedantur. Species minutae, quae tenuissimas aciculas normales et platinicas respuunt, medio ventre, massae ex glutine animali et felle taurino, vernicis copallini aut mucilaginis gummi arabici ope, frustulis quadratis glaciei maris, aut hac deficiente frustulis chartae fortioris scriptoriae brevibus pyramidatis et in $\frac{1}{3}$ illorum altitudinis in acicula firmatis, adglutinantur. Simulac semiexsiccata et firmata sunt penicilli ope antennae pedesque illorum, extenduntur. E multis speciminibus pro collectione seligenda sunt integerrima characteris-

tica; rariorum, parum mutilata scilicet una antenna et uno pede carentia, satis conveniunt, sed quum ambae partes analogae deficiunt, quum aut membrana hemielytrorum dilacerata, aut pili integumentorum abstersi, ut falsam determinationem evitares, multo melius foras ejicere.

§. 28. Attendendum et in selectum acicularum pro variis Heteropteris. Hydrocorisis omnibus, inter Geocorisos *Membranaceis* et *Ploteribus* melius aciculae ferreae capitulo e cera sigillata munitae, quam normales, conveniunt; hac enim propter singularem humorem aciditatem in his *Heteropteris* et post mortem vigente non tantum in floccos aeruginosos abeunt (§. 23), sed successu temporis ut in Carabicis in corpore insecti, omnino destruuntur.

§. 29. Jam autem si Heteropterorum relationem ad mundum externum et locum quem in serie ejus creaturarum obtinent, considerare velles, illa lex: *regiones tropicas maximas speciosissimasque formas producere* et his applicare potest. Natura climatum calidiorum generatim, quo ad magnitudinem, splendoremque ejusdem speciei typos inexhaustos producens, in moderatis, ad formas numerosiores sed minus excultas restringitur.

Attamen, jam Heteroptera Russiae meridionalis praesertim generum: *Trigonosoma, Pentatoma, Corizus, Lygaeus, Harpactor* etc., quo ad splendorem cum africanis et asiaticis, certare possunt.

CONSPECTUS GENERALIS COHORTUM, FAMILIARUM GENERUMQUE IN HETEROPTERORUM ORDINE DESCRIBENDORUM.

Cohors Prima. **Geocorisae** Latreille.

Char. art. Antennae extra caput exsertae.

1°. Conspectus Familiarum hujus Cohortis.

I. *Tesseracondyli.* Vagina rostri 4-articulata. Articuli extremi tarsorum biunguiculati. Pulvilli duo minuti, unguiculis interjecti:

A. Scutellum magnum, totum abdomen obtegens, aut saltem medium ejus attingens . . . . Famil. 1. *Longiscuti.*

B. Scutellum parvum dimidium abdominis longitudinis non attingens:

a. Ocelli conspicui:

α. Antennae filiformes aut capitatae ante oculos insertae:

* Antennae margini laterali clypei capitis insertae Famil. 2. *Supericornes.*

** Antennae sub margine laterali clypei capitis insertae Famil. 3. *Infericornes.*

b. Ocelli nulli: Familiae 3 Genus (XXXI) *Pyrrhocoris.*

β. Antennae setaceae: articulo ultimo capillari. Ocelli nulli Famil. 4. *Astemmites.*

II. *Varicondyli.* Vagina rostri 3-4-5 articulata. Articuli extremi tarsorum inter unguiculos pulvillis destituti:

A. Rostrum basi canali mentali reconditum, articulis omnibus aequilongis Famil. 5. *Membranacei.*

B. Rostrum plus minusve patentiusculum, liberum, nullo canali mentali reconditum:

a. Caput retro oculos in collum constrictum Famil. 6. *Reduvini.*

b. Caput retro oculos in collum non constrictum arcte thoraci antico adhaerens:

α. Ungues tarsorum maximi, liberi, terminales Famil. 7. *Oculati.*

β. Ungues minuti, in excisura apicali ultimi tarsorum articuli inserti Famil. 8. *Ploteres.*

2°. Characteres Familiarum hujus Cohortis.

Familia Prima. *Longiscuti* Amy. et Aud. Serv.; — *Scutati* Burm.; *Longilabra* Latreille; *Pentatomides* et *Scutellerides* Laporte.

Antennae 5-articulatae. Rostrum longum, pedum posticorum insertionem attingens. Vagina rostri 4-articulata: articulo secundo longiore. Ocelli duo. Scutellum maximum totum abdomen aut dimidium ejus obtegens. Tarsi 2-3 articulati: unguiculi pulvillis instructi.

Familia Secunda. *Supericornes* Amy. et Aud. Serv.; *Coreodes* Burm.; *Coreites* et *Anisoscelites* Laporte.

Antennae 4-articulatae, filiformes supra lineam aut in ipsa linea ab oculis ad labri originem ducta margini clypei, insertae. Ocelli duo distincti. Vagina rostri 4-articulata, articulo tertio saepius quarto breviore. Membrana hemielytrorum multinervia (in *Micrelytra* nulla!): nervis distinctis, saepius furcatim divisis. Tarsi inter unguiculos subtus pulvillati.

Familia Tertia. *Infericornes* Amy. et Aud. Serv.; *Lygaeodes* Burm.; *Lygeites* Laporte.

Antennae 4-articulatae, filiformes, infra lineam ab oculis ad labri originem ducta aut in ipsa linea margini clypei insertae. Ocelli (exclusa *Pyrrhocori*) duo, distincti. Vagina rostri subincrassata, 4-articulata (in *Anthocori* et *Xylocori* 3-articulata!), articulo tertio quarto parum longiore. Membrana hemielytrorum paucinervia (sub 5-nervia), nervis parum prominulis, indistinctis, subsimplicibus.

Familia Quarta. *Astemmites* Laporte; *Bicelluli* Am. et Aud. Serv.; *Capsini* Burm.

Antennae 4-articulatae, setaceae, articulo secundo semper longiore, saepius crassiore, tertio et quarto subito attenuatis, brevissimis. Vagina rostri 4-articulata, articulo primo brevissimo crassiore, secundo saepe cylindrico-incrassato et praesertim elongato, reliquis in longitudine sub aequalibus. Ocelli constantes nulli. Pronotum trapezoidale. Scutellum conspicuum triangulare, saepe magnum, medium tamen abdominis non attingens. Hemielytra coriacea cum clavo (plica longitudinali) scutello paralello, et appendice (apice) articulatim refracto triangulari. Membrana hemielytrorum basi bicellularis s. areola sesquialtera instructa, nervis longitudinalibus destituta (in *Bryocori Pteridis* nulla!). Abdomen molle flaccidum.

Familia Quinta. *Membranacei* Latreille, Burm.; *Ductirostres* Am. et Aud. Serv.; *Phymatides*, *Tingitides* et *Cimicites* Laporte; *Tingideae* et *Aradieae* Fieber.

Antennae 4-articulatae. Rostrum canali mentali reconditum. Vagina rostri 3-4-5 articulata. Ocelli saepius nulli. Tarsi biarticulati, inter unguiculos pulvillis destituti: articulo primo minuto.

Familia Sexta. *Reduvini* Burm.; *Reduvites* Laporte; *Nudirostres* Amy. et Aud. Serv.

Antennae 4-articulatae. Caput postice retro-oculos in collum angustatum. Ocelli duo distincti. Rostrum liberum arcuatum, saepius patentiusculum, breve, (longum in *Nabide!*). Vagina rostri triarticulata. Pedes mediocres gressorii. Tarsi 3-articulati: articulo primo minuto, secundo tertio duplo longiore aut primo et secundo aequilongis, pulvillis destituti.

Familia Septima. *Oculati* Latreille; *Riparii* Burm.

Antennae 4-articulatae. Caput postice retro oculos in collum non retractum. Oculi valde protuberantes subpedunculati. Ocelli duo distincti. Rostrum liberum, extensum, extremum pectus attingens, pilosum aut glabrum articulis variae longitudinis. Tarsi minuti, saepius biarticulati, articulo primo subincrassato. Ungues tarsorum magni terminales.

Familia Octava. *Ploteres* Latreille; *Hydrometrides* Laporte; *Hydrodromici* Burm.; *Amphicorises* Leon Duf.

Antennae 4-articulatae. Ocelli saepius nulli. Rostrum liberum inflexum, rectum, pectus anticum attingens, compressum. Vagina rostri 3-articulata, nitida, glabra: articulo primo brevi, crasso, secundo longissimo saltem quadruplo tertio longiore, tertio diametri articuli primi paulo illo longiore. Ungues tarsorum (excluso *Limnobate!*) in excisura penultimi articuli ante apicem ejus inserti.

3°. Conspectus generum in hujus Cohortis Familiis.

Familia 1. *Longiscuti.*

I. *Orbiscuti.* Hemielytra usque ad marginem costalem a scutello obtecta. Scutellum maximum basi rectangulare:

A. Tarsi biarticulati. Corpus subhaemisphaericum postice latius
Gen. VII. *Thyreocoris.*

B. Tarsi triarticulati:

a. Tibiae seriatim spinosae . . . . . . Gen. VI. *Odontoscelis.*

b. Tibiae tantum ciliatae:

α. Membrana hemielytrorum 4—5 nervia:

* Oculi valde exserti subpedunculati:

† Trochanteres supra insertionem femorum in processum dentiformem producti; segmenta abdominalia margine in tubercula elevata . . . . Gen. V. *Phimodera.*

†† Trochanteres et segmenta abdominalia normalia Gen. IV. *Podops.*

** Oculi normales . . . . Gen. III. *Trigonosoma.*

β. Membrana hemielytrorum 12—16 nervia:

* Caput in conum subcylindricum rostratim productum; corpus trapezoidale valde convexum immarginatum Gen. I. *Pachycoris.*

** Caput triangulare vertice depresso; corpus ovale subdepressum, marginatum . . . . Gen. II. *Tetyra.*

II. *Coniscuti.* Hemielytra majori ex parte libera scilicet area media corii et clavo a scutello non obtectis. Scutellum mediocre parabolicum v. conicotriangulare:

A. *Spissirostres.* Rostrum crassum, rectum, extensum, liberum, scilicet articulo primo vaginae, sulco mentali non recondito Gen. XII. *Asopus.*

B. *Tenuirostres.* Rostrum tenue, geniculatum, pectus extremum aut basin abdominis attingens, basi sua sulco mentali reconditum:

a. *Spinipedes.* Tibiae distincte seriatim spinosae antrorsum angulatae. Habitus scarabaeoideus! . . . . . . Gen. VIII. *Cydnus.*

b. *Nudipedes.* Tibiae remote ciliatae vel tantum pilosiusculae:

α. Tarsi biarticulati. Raphe sterni laminatim inter pedes anticos in cristam porrecta . . . . . , . . Gen. XI. *Acanthosoma.*

β. Tarsi triarticulati. Raphe sterni carinulata inter pedes laminatim non producta:

* Caput magnum parabolicum, clypeo semicirculari. Tibiae ex parte tenue spinulosae s. remote ciliatae . Gen. IX. *Sciocoris.*

** Caput parvum, triangulare v. quadrangulare. Tibiae pilosulae, anteriores infra medium denticulo instructae Gen. X. *Pentatoma.*

Familia 2. *Supericornes.*

I. *Trigonocephali.* Caput triangulare. Tubercula antennifera saepissime obsoleta mutica:

A. *Rhopalides.* Articulus primus antennarum *parvus* capite brevior, quartus cylindrico-incrassatus:

a. Antennae nudae. Articulus secundus tertio insigniter brevior Gen. XXII. *Pseudophloeus.*

b. Antennae pilosulae. Articulus secundus et tertius aequilongi Gen. XXIII. *Corizus.*

c. Antennae setoso-pilosae. Articulus secundus sursum attenuatus tertio longior . . . . Gen. XVII. *Chorosoma.* Subdivis. 1.

B. *Coreides.* Articulus primus antennarum longitudine capitis aut capite multo longior.

a. *Linicornes.* Articulus quartus antennarum filiformis aut filiformi-cylindricus, praecedentibus vix crassior. Abdomen oblongum aut lineari-elongatum:

α. Femora duo postica clavato-elongata:

* Femora postica subtus spinis armata; corpus pilosum Gen. XIV. *Alydus.*

** Femora postica subtus inermia; corpus omnino nudum; membrana hemielytrorum et alae nulla . . . Gen. XVI. *Micrelytra.*

β. Femora duo postica non clavata, membrana hemielytrorum nervosa:

* Hemielytra coriacea, longitudine abdominis: corpus latius, pilosum Gen. XV. *Stenocephalus.*

** Hemielytra pellucida, abdomine lineari multo breviora; corpus nudiusculum . . . . . Gen. XVII. *Chorosoma.* Subdivis. 2.

b. *Nodicornes.* Articulus quartus antennarum tertio brevior perspicue cylindrico-incrassatus, primus robustus aut capillaris:

α. Antennae capillares, a primo articulo longissimo geniculatim (in vivis et mortuis) antrorsum fractae, nutantes. Femora omnia antennarumque articulus primus sub apice clavata Gen. XVIII. *Berytus.*

β. Antennae robustae filiformes a primo articulo brevi incrassato prismatico horizontaliter (saltem in mortuis) refractae:

* Pronotum et abdomen margine laciniatim spinosa; caput spinis velatum . . . . Gen. XIX. *Phyllomorpha.*

** Pronotum et abdomen margine integra; caput denudatum:

† Antennae et corpus nuda; abdomen ovatum; hemielytra abdomen non excedentia; membrana hemielytrorum multinervia Gen. XX. *Gonocerus.*

†† Antennae piloso-vel setuloso-spinulosae; hemielytra abdomine angustiora; membrana hemielytrorum paucinervia Gen. XXI. *Coreus.*

II. *Tetragonocephali.* Caput quadratum; tubercula antennifera oculis anteposita cum lobis clypei lateralibus coalita, in spinas soluta; hemielytra abdomine marginato, marginibus elevatis, angustiora Gen. XIII. *Syromastes.*

Familia 3. *Infericornes.*

I. Ocelli nulli:

A. Articulus primus antennarum secundo longior; corpus magnum Gen. XXXI. *Pyrrhocoris* Fallen.

B. Articulus primus antennarum secundo brevior. Corpus minutum Gen. XXXII. *Microphysa* Westw.

II. Ocelli duo conspicui:

A. *Tesseracondyli* s. *Lygaeodes* et *Rhyparochromides.* Vagina rostri 4-articulata; hemielytra coriacea rigida, membrana instructa aut illa carentia:

a. Membrana hemielytrorum parva nervis destituta aut nulla. Caput latum, transversum. Oculi maximi ovales elongati, subpedunculati Gen. XXVIII. *Ophthalmicus* Hahn.

b. Membrana hemielytrorum distincte 5-nervia. Nervi simplices aut furcatim divisi, basi separati, liberi aut anastomosi transversa conjuncti. Oculi subrotundi normales:

α. Nervi membranae hemielytrorum omnes simplices:

* Nervi membranae hemielytrorum basi nulla anastomosi conjuncti, ibidem saepius obsoleti . . Gen. XXVI. *Pachymerus* St. Jacq.

** Nervi membranae hemielytrorum basi distincti, duo interiores interdum et duo sequentes anastomosi transversa conjuncti; corpus nitidum distincte punctatum . . . Gen. XXVII. *Cymus* Hahn.

*** Nervi membranae hemielytrorum omnes 5 distincti, basi anastomosi conjuncti; corpus nitidum pilosiusculum Gen. XXV. *Heterogaster* Schill.

β. Nervi membranae furcatim ramosi, duo interiores anastomosi conjuncti; corpus rubro-nigroque varium non punctatum Gen. XXIV. *Lygaeus* Auct.

B. *Tricondyli* s. *Anthocorides.* Vagina rostri 3-articulata; hemielytra coriacea, tenera; membrana hemielytrorum nervo unico instructa. Species minutae:

a. Articuli antennarum omnes ejusdem diametri, duo terminales prismatici aut fusiformes, secundus sequentibus longior Gen. XXIX. *Anthocoris* Fall.

b. Articulus secundus antennarum incrassatus longitudine sequentium, duo terminales tenuiores, setacei Gen. XXX. *Xylocoris* Leon Duf.

Familia 4. *Astemmites* s. *Bicelluli.*

I. *Mirides.* Caput supra inspectum, longius quam latum horizontale; anten-

nae tuberculo brevi margini capitis triangularis arcte adnati, plus vel minus longe ante oculos insertae . . Gen. XXXIII. *Miris* Auct. Curt.

II. *Capsides.* Caput supra inspectum latius quam longum, antrorsum declinatum:

A. Hemielytra membrana instructa:

a. Oculi subglobosi normales:

α. Pronotum a latere valde marginatum Gen. XXXIV. *Lopus* Hahn. Meyer!

β. Pronotum a latere immarginatum:

* Articulus primus antennarum longitudine capitis, vel capite et pronoto simul sumptis longior:

† Articulus secundus antennarum longus, tenuis aequaliter superiora versus sensim incrassatus; abdomen oblongum glabrum v. pilosiusculum . . . . Gen. XXXV. *Phytocoris* Fall.

** Articulus primus antennarum capite et pronoto simul sumptis brevior:

†† Articulus secundus antennarum, distincte superiora versus crassior:

o. Articulus secundus antennarum subtus utrinque securiformis dense ciliatus: tibiae duae anteriores apicem versus curvatae Gen. XXXVI. *Harpocera* (♂) Curt.

oo. Articulus secundus antennarum toto ambitu aequaliter incrassatus; tibiae anteriores in utroque sexu non curvatae:

1. Caput triangulare, pronoto trapezoidali angustius; abdomen grosse punctatum . . . . Gen. XXXVIII. *Capsus* Auct.
2. Caput globulosum pronoto in duos lobos diviso latius Gen. XXXVII. *Globiceps* Latr.

ooo. Articulus secundus antennarum eximie incrassatus tota in longitudine dilatatus, abdomen non punctatum Gen. XXXIX. *Heterotoma* Latreille.

††† Articulus secundus antennarum non incrassatus; antennae abdomine incrassato, lato, obsolete punctato breviores Gen. XL. *Attus* Hahn.

b. Oculi maximi, protuberantes, subpedunculati Gen. XLIII. *Labops* Burm. (*Ophthalmocoris* Zett.)

γ. Pronotum lateribus excisis; membrana hemielytrorum binervis, nervis in medio anastomosi conjunctis Gen. XLIV. *Cryptostemma* Herr. Schff.

B. Hemielytra membrana destituta:
  a. Articulus secundus antennarum, tenuis, setaceus
    Gen. XLI. *Halticus* Hahn. (*Astemma* Laperte).
  b. Articulus secundus antennarum, superiora versus incrassatus
    Gen. XLII. *Chlamydatus* Curtis.

Familia 5. *Membranacei* s. *Ductirostres.*

I. *Tenuipedes.* Pedes omnes normales gressorii; ocelli nulli:
 A. *Floricolae*; *Tingideae* Fieber (Ent. Mon. 1844. 27). Hemielytra apice reticulata v. Sagenae, abdomine latiora; rostrum 4—5-articulatum; antennarum articulus tertius longissimus:
  a. Vagina rostri inter laminas pectorales recondita; caput inter antennas inerme (lobis clypei non corniculatis); hemielytra tota reticulata *(Sagenae):*
   α. Pronotum rhomboideum, lateribus rotundatis, carina dorsali (media) obsoleta; sagenae parum convexae, punctato-reticulatae area media normali carentes . . . . Gen. XLV. *Agramma* Westw.
   β. Pronotum quadrangulare aut rhomboideum lateribus pulvillatis, vesiculosis aut in marginem foliaceum expansis; area media sagenae conspicua:
    * Area media sagenae dorso plana aut concava, carinis elevatis; pronotum 1—3-carinatum:
     † Area media sagenae curvata per totam ejus longitudinem decurrens; pronotum antice excisum Gen. XLVI. *Campylosteira* Fieb.
     †† Area media sagenae recta, saepe rhomboideo-oblonga carina interiore recta margini commissurae parallela; discus pronoti quinquangularis saepe hexangularis in vesiculam marginem anteriorem excedente dilatatus; clavus areolatus et scutellum obtecta . . . . Gen. XLVII. *Orthosteira* Fieber.
     ††† Area media sagenae lanceolata vel oblongo-triangularis: carina interna curvata vel angulatim fracta:
      o. Articulus quartus antennarum rectus cylindrico-oblongus directionem axeos articuli tertii tenens; discus pronoti rhomboideus; scutellum inconspicuum cum clavo a processu pronoti obtectum; area media sagenae oblongo-triangularis:
       1. Antennae pilosae: articulo tertio filiformi aut cylindrico; caput breve quadrangulare; vagina rostri longa quinque-articulata . . . . Gen. XLVIII. *Monanthia* Fabr.
       2. Antennae granulatae, strigosae, articulo tertio crasso cylindrico . . . . Gen. XLIX. *Dictyonota* Curt.

oo. Articulus quartus antennarum crassus, brevis, a basi lateraliter compressus, a directione axeos articuli secundi clavati declinatus, obliquus: Gen. *Eurycera* Lap. (*Laccometopus* Fieb.)

** Area sagenae media et lateralis insimul imbricatim tectiformes, vesiculosae; sagenae vitreae, grosse areolatae; articulus tertius antennarum filiformis:

† Sagenae tota in longitudine tectiformi vesiculosae, supra carinatae; processus pronoti rotundatus aut acutus

Gen. LI. *Derephysia* Spinol.

†† Sagenae cum vesicula brevi ovata ad latera extrorsum depressa: area media et laterali limitatis, medium ejus attingentibus

Gen. LII. *Tingis* Fabr.

b. Vagina rostri libera pectori incumbens; laminae pectorales carinatae nullae; caput inter antennas corniculatum; pronotum trapeziforme; hemielytra vera saepius cum membrana reticulata

Gen. LIII. *Zosmenus* Laporte.

B. *Corticicolae; Aradieae* Fieb. (in Carro's Alm. v. Kalsb. 1843. 54). Alae 4 completae; hemielytra abdomine ovali angustiora brevioraque irregulariter grosse areolata, areolis nervisque irregularibus: antennae breves filiformes; rostrum breve triarticulatum: corpus deplanatum membranaceum:

a. *Brachyrhynches.* Rostrum capite brevius:

α. Hemielytra basi coriacea apice membranacea; margo abdominis fere recte truncatus; antennarum articulus primus minutus

Gen. LIV. *Brachyrhynchus* Laporte.

β. Hemielytra tota membranacea . . . Gen. LV. *Aneurus* Curtis.

b. *Aradides.* Rostrum capite longius:

α. Articulus antennarum secundus, reliquis simul sumptis longior

Gen. LVI. *Aradus* Fabr.

β. Articulus antennarum secundus tertio non longior

Gen. LVII. *Piesostoma* Laporte.

C. *Sanguisugae* s. *Acanthides.* Hemielytra abbreviata. Alae nullae: canalis mentalis obsoletus; antennae setaceae, articulo ultimo capillari

Gen. LVIII. *Cimex* Linn. (*Acanthia* F.).

II. *Spissipedes* s. *Phymatides* Laporte. Pedes antici duo raptorii. Ocelli duo: Hemielytra abdomine oblongo-rhomboidali late marginato multo angustiora, areis distinctis inaequalibus: Scutellum minutum; Antennae clavatae sub margine clypei insertae; Caput antice excisum. Rostrum 4-articulatum, brevissimum inflexum; femora valde incrassata, complanata; tibiae curvatae

Gen. LIX. *Syrtis* Fabr. (*Phymata* Latr.).

Familia 6. *Reduvini* v. *Nudirostres.*

I. *Longicoxi.* Trochanteres duorum pedum anteriorum valde elongati. Pedes antici raptorii, posteriores elongati. Tarsi anteriores unguiculis duplicatis. Corpus angustum tenerum. Pronotum quadratum. Hemielytra membranacea maculata . . Gen. LXV. *Gerris* Fabr. (*Plocaria* Scop.).

II. *Brevicoxi.* Trochanteres pedum anteriorum normales, minuti, globosi. Pedes omnes subconformes, gressorii:

A. Ungues tarsorum late compressi, basi denticulo appendiculati. Abdomen hemielytris semimembranaceis latius. Tibiae posticae non incrassatae. Caput crassiusculum. Collare breve
Gen. LXIV. *Harpactor* Laporte.

B. Ungues tarsorum tenues, basi denticulo carentes, ejus loco saepe setula rigida instructi:

a. *Spongipedes* s. *Soleati.* Tibiae quatuor anteriores subtus apicem versus fossula spongiosa (quasi solea) instructae. Tubercula antennifera minuta. Caput antrorsum conico-porrectum, triangulare. Scutellum apice integerrimum.

α. *Piratides.* Impressio transversalis pronoti, margini ejus posteriori approximata: area anterior magna ovalis:

* Rostrum breve crassum, apice pedes anteriores non attingens: membrana hemielytrorum cellulis discoidalibus ordinariis:

† Lobus anterior pronoti laevis nitidi sulco longitudinali exaratus. Articulus primus antennarum capite dimidio parum longior
Gen. LX. *Pirates* Burm.

†† Lobus anterior pronoti sine sulco longitudinali. Articulus primus antennarum, minutus, ovatus
Gen. LXI. *Prostemma* Laporte (*Metastemma* Amyot).

** Rostrum longum, tenue, pectus medium apice attingens. Membrana hemielytrorum nervis longitudinalibus instructa. Articuli omnes antennarum elongati; primus longitudine capitis aut illo longior . . . . Gen. LXII. *Nabis* Latr.

β. *Reduvides.* Impressio transversalis pronoti margini ejus anteriori approximata. Anguli pronoti humerales inermes rotundati. Solea tibiarum quatuor anteriorum angusta oblonga. Rostrum breve. Ocelli in tuberculo occipitali elevato, approximati. Articulus primus antennarum saltem dimidii capitis longitudine v. longior
Gen. LXIII. *Reduvius* Fabr.

b. *Siccipedes.* Tibiae quatuor anteriores subtus ad apicem fossula spongiosa (solea) carentes:

α. Caput antrorsum conico-porrectum, triangulare:

* *Harpactorides.* Ocelli approximati in tuberculo occipitali supra oculos elevati. Pronotum disco non tuberculatum. Corpus ovale. Abdomen integerrimum. (Reliquos characteres conferas supra sub A) . . . . Gen. LXIV. *Harpactor* Laporte.

β. *Cylindricipites.* Caput longum, horizontale ante oculos cylindrico-productum:

* *Stenopodides.* Antennae apici capitis insertae. Articulus primus antennarum apicem capitis excedens. Corpus elongatum. Pedes longi, tenues:

† Femora anteriora subtus incrassata, dentata. Hemielytra lata fere longitudine abdominis Gen. LXVI. *Oncocephalus* Burm.

†† Femora anteriora brevia, subtus inermia. Abdomen teretiusculum v. deplanatum. Oculi postice spina una, pectus subtus antice spinis duobus, armata Gen. LXVII. *Pygolampis* Germ.

Familia 7. *Oculati* s. *Riparii.*

I. Rostrum tenue, elongatum apice insertionem pedum anteriorum excedens. Vaginae articulus secundus longior. Antennae filiformes Gen. LXVIII. *Salda* Fabr.

II. Rostrum crassum, breve, apice pedes anticos non attingens: vaginae articulus primus longior. Antennae setaceae Gen. LXIX. *Leptopus* Latr.

Familia 8. *Ploteres* s. *Hydrodromici.*

I. Tarsi biarticulati:

A. Pedes omnes capillares, ejusdem longitudinis. Caput cylindricum sursum latius. Corpus lineare Gen. LXX. *Limnobates* Burm. (*Hydrometra* Latreille).

B. Pedes anteriores breviores raptorii. Ungues minuti in excisura ad apicem ultimi tarsorum articuli inserti. Caput triangulare. Corpus angustum . . . . Gen. LXXI. *Hydrometra* Fabr. (*Gerris* Latr.).

II. Tarsi triarticulati, articulo primo minuto:

A. Scutellum a thorace obtectum.

a. Omnes articuli antennarum incrassati, elongati Gen. LXXII. *Velia* Latreille.

b. Articuli antennarum tres priores incrassati, ultimus elongatus. Corpus minutum Gen. LXXIII. *Hydroëssa* Burm. (*Microvelia* Westw.).

B. Scutellum conspicuum a thorace non obtectum. Corpus minutum Gen. LXXIV. *Hebrus* Curt.

Cohors Secunda. **Hydrocorisae** Latreille; *Hydrocores* Burm.

Char. art. Antennae minutae, inconspicuae sub oculis absconditae. — Excepto *Pelogono* omnes in aqua vivunt.

1°. Conspectus Familiarum hujus Cohortis.

I. Ocelli conspicui duo . . . . Famil. 1 (9). *Galgulini.*

II. Ocelli nulli:

A. Pedes antici raptorii, posteriores ambulatorii scilicet tibiis nec dilatatis nec ciliatis . . . . Famil. 2 (10). *Nepini.*

B. Pedes antici non raptorii, posteriores natatorii scilicet tibiis tarsisque dilatatis, utrinque dense ciliatis . . . Famil. 3 (11). *Notonectici.*

2°. Characteres Familiarum hujus Cohortis.

Familia Prima (9). *Galgulini* Burm.; *Oculati* Latr.; *Galgulites* Laporte.

Antennae 4-articulatae: articulo ultimo magno incrassato. Caput postice retro oculos in collum non retractum. Oculi valde protuberantes. Ocelli duo distincti. Rostrum liberum, breve, crassum. Tibiae aculeatae, parce ciliatae.

Familia Secunda (10). *Nepini* Burm.; *Belostomites* Laporte; *Pedirapti* Am. et Aud. Serv.

Antennae 3—4-articulatae. Caput v. deplanatum horizontale v. verticale triangulare. Ocelli nulli. Pedes antici raptorii, posteriores quatuor ambulatorii. Tibiae et tarsi posteriores neque compressi neque ciliati.

Familia Tertia (11). *Notonectici* Burm.; *Notonectides* Latr.; *Notonectites* Laporte; *Pediremi* Am. et Aud. Serv.

Antennae 3—4-articulatae. Caput magnum rotundatum, subtus deorsum porrectum. Ocelli nulli. Dorsum convexum. Venter planus. Pedes antici non raptorii. Tibiae et tarsi posteriores late compressi, utrinque eximie ciliati.

3°. Conspectus generum in hujus Cohortis Familiis.

Familia Prima (9). *Galgulini.*

Corpus ovale depressum velutinum. Caput transversum breve. Antennarum articulus tertius tenuis elongatus cylindricus, quartus brevior ovalis Gen. LXXV. *Pelogonus* Latr.

Familia Secunda (10). *Nepini.*

I. Antennae 4-articulatae, tarsi anteriores uniarticulati Gen. LXXVIII. *Naucoris* Geoffr.

II. Antennae 3-articulatae. Tarsi omnes uniarticulati:

A. Tarsi anteriores ungue simplici instructi . Gen. LXXVII. *Nepa* Linn.
B. Tarsi anteriores unguibus destituti: . Gen. LXXVI. *Ranatra* Fabr.

Familia Tertia (11). *Notonectici.*

I. Tarsi anteriores uniarticulati:
A. Scutellum non conspicuum. Antennae quadriarticulatae
Gen. LXXXII. *Corixa* Geoffr.
B. Scutellum conspicuum. Antennae triarticulatae
Gen. LXXXI. *Sigara* Fabr.

II. Tarsi anteriores triarticulati:
A. Pedes postici unguiculati. Antennae triarticulatae
Gen. LXXX. *Ploa* Steph.
B. Pedes postici unguibus destituti. Antennae quadriarticulatae
Gen. LXXIX. *Notonecta* Linn.

Genera hujus Familiae structura capitis, antennarum et hemielytrorum transitum ad Homoptera faciunt.

INDEX GENERUM SPECIERUMQUE HETEROPTERORUM IN HOC FASCICULO DESCRIPTORUM.

V. *Phimodera*

17. „ *galgulina* Herr. Schff.
18. „ *humeralis* Dalm.

VI. *Odontoscelis*

19. „ *maculiventris* Germ.
20. „ *fuliginosa* Linn.
21. „ *carbonaria* Zetterst.
22. „ *scarabaeoides* Linn.

VII. *Thyreocoris*

23. „ *Globus* Fabr.

VIII. *Cydnus*

24. „ *tristis* Fabr.
25. „ *brunneus* Fabr.
26. „ *pilosus* Herr. Schff.
27. „ *picipes* Fallen.
28. „ *flavicornis* Fabr.
29. „ *Morio* Linn.
30. „ *affinis* Herr. Schff.
31. „ *nanus* Herr. Schff.
32. „ *dubius* Scop.
33. „ *albo-marginatus* Fabr.
34. „ *bicolor* Linn.
35. „ *biguttatus* Linn.

IX. *Sciocoris*

36. „ *umbrina* Wolf.
37. „ *marginata* Fabr.
38. „ *lusitanica* Hrr. Schff.

X. *Pentatoma*

39. „ *acuminata* Linn.
40. „ *lunata* Hahn.
41. „ *intermedia* Wolf.
42. „ *inflexa* Wolf.
43. „ *melanocephala* Fabr.
44. „ *perlata* Fabr.
45. *Pentatoma bipunctata* Linn.
46. „ *oleracea* Linn.
47. „ *ornata* Linn.
48. „ *Baccarum* Linn.
49. „ *vernalis* Wolf.
50. „ *sphacelata* Fabr.
51. „ *Lynx* Fabr.
52. „ *fibulata* Germ.
53. „ *juniperina* Linn.
54. „ *prasina* Linn.
55. „ *nigricornis* Fabr.
56. „ *lunula* Fabr.
57. „ *rufipes* Linn.
58. „ *punctipennis* Jllig.
59. „ *purpuripennis* Hahn.
60. „ *Smaragdula* Fabr.

XI. *Acanthosoma*

61. „ *bispina* Panz.
62. „ *haemorrhoidalis* Linn.
63. „ *haematogaster* Schr.
64. „ *clypeata* Burm.
65. „ *grisea* Linn.

XII. *Asopus*

66. „ *coeruleus* Linn.
67. „ *punctatus* Linn.
68. „ *dumosus* Linn.
69. „ *luridus* Fabr.
70. „ *Custos* Fabr.
71. „ *sanguinipes* Fabr.
72. „ *bidens* Linn.

XIII. *Syromastes*

73. „ *marginatus* Linn.
74. „ *Scapha* Fabr.
75. „ *spiniger* Fabr.
76. „ *quadratus* Fabr.
77. „ *sulcicornis* Fabr.

XIV. *Alydus*

78. „ *calcaratus* Linn.
79. „ *lateralis* Germ.

XV. *Stenocephalus*

80. „ *nugax* Fabr.

XVI. *Micrelytra*

81. „ *Fossularum* Rossi.

XVII. *Chorosoma*

82. „ *miriformis* Fall.
83. „ *Arundinis* Curtis.

XVIII. *Berytus*

84. „ *tipularius* Linn.
85. „ *clavipes* Fabr.
86. „ *annulatus* Burm.
87. „ *elegans* Curt.

XIX. *Phyllomorpha*

88. „ *laciniata* Villers.

XX. *Gonocerus*

89. „ *insidiator* Fabr.
90. „ *venator* Fabr.
91. „ *Juniperi* Dahlb.

XXI. *Coreus*

92. „ *hirticornis* Fabr.
93. *Coreus* *pilicornis* Klug.
94. „ *scabricornis* Panzer.
95. „ *denticulatus* Scopoli.
96. „ *Wolfi**
97. „ *dentator* Fabr.

XXII. *Pseudophloeus*

98. „ *spinipes* Fallen.
99. „ *nubilus* Fallen.
100. „ *Falleni* Schill.
101. „ *Waltli* Herr. Schff.
102. „ *Dalmani* Schill.
103. „ *lobatus* Herr. Schff.
104. „ *typhaecornis* Fabr.
105. „ *obscurus* Germ.
106. „ *laticornis* Schill.
107. „ *Genei* Spin.

XXIII. *Corizus*

108. „ *Hyoscyami* Linn.
109. „ *Roeseli* Schill.
110. „ *errans* Fabr.
111. „ *crassicornis* Linn.
112. „ *tigrinus* Schilling.
113. „ *capitatus* Fabr.
114. „ *pratensis* Fallen.
115. „ *maculatus* Herr. Schff.
116. „ *gracilis* Herr. Schff.

Cohors Prima. GEOCORISAE Latr. Régne anim. 1817. III. 387.

Geocores Burm. Hand. d. Ent. II. 1839. 203. *Aurocorisae* Westw. Mod. class. Ins. II. 463.

Char. ess. Antennae exsertae, capite longiores, saepius totius aut dimidii corporis longitudine, 4-articulatae. Articuli intermedii antennarum cylindrici. Hemielytra vera, Tegmina aut Sagenae. Pedes gressorii. Habitatio ad terram et in superficie aquarum.

Familia Prima. LONGISCUTI Amy. et Aud. Serv. Hém. 19.

Scutati Burm. Hand. d. Ent. II. 343. *Longilabri* Latreill. l. s. c.

Char. ess. Caput symmetricum, inerme inappendiculatum. Rostrum 4-articulatum tenue basi sulco mentali reconditum (in *Asopo* crassum, liberum). Antennae 5-articulatae sub capite insertae (in *Acanthosomate* submarginales), articulo primo minuto (in *Acanthosomate* longiore extra caput conspicuo). Oculi pronoto contigui. Ocelli duo. Hemielytra perfecta. Scutellum magnum. Abdominis margo horizontalis. Pedes normales.

Char. nat. Caput usque ad oculos prothoracis immersum, conicum, triangulare v. quadrangulare, lobis clypei sulcis duobus longitudinalibus distinctis, medio angustiore nunquam in frontem carinatam aut spinosam prominente, lateralibus margine exteriore inappendiculatis, sub mento obtuse carinatis et sulcum pro vaginae rostri articulo primo recondendo formantibus. Labrum ex lobo centrali frontis enatum longissimum, saltem vaginae rostri articuli secundi medium attingens, transversim striatum. Labium inferius s. vagina rostri 4-articulata, articulo secundo reliquis longiore. Antennae 5-articulatae infra marginem lateralem clypei ante oculos insertae, capite multo longiores, articulis normalibus nullis accessoriis interjectis, exterioribus duobus (4 et 5) crassioribus cylindricis aut prismaticis, basilari minuto (excepto *Acanthosomate*). Oculi duo thoraci contigui. Ocelli duo occipitales, distantes. Pronotum pectus totum obtegens, trapezoidale aut trapezoidali-hexagonale, angulis anterioribus et humeralibus distinctis, posterioribus obsoletis. Scutellum modo totum abdomen obtegens basi rectangulare, modo conico-triangulare (parabolicum), v. triangulari-conicum medium abdominis excedens. Raphe

sternalis carinulata (in *Acanthosomate* laminatim porrecta). Praesternum antice interdum laminatim patentiusculum. Hemielytra vera, corio opaco a membrana distinctissimo. Nervi membranae longitudinales simplices aut subramosi. Abdomen sexannulatum, annulo primo ventrali cum metathorace conjuncto, minuto, sexto pro ano recipiendo excavato. Ostia spiraculorum ventralium utrinque quinque. Ostium odoriferum in metasterno magnum in plica transversa hians. Femora et tibiae normales nec curvatae nec incrassatae. Tarsi (excepto *Thyreocori* et *Acanthosomate*) triarticulati, subtus strigilati. Ungues basi compressi, parum incurvi, cum pulvillo membranaceo quadrangulari illis interposito. Corpus ovatum, ellipticum v. subrotundum subtus praesertim convexum, variae magnitudinis. Plures excellunt pictura. Omnes fere odorem ingratum spirant.

Tribus Prima. ORBISCUTI Am. et Aud. Serv. Hém. 23.

Char. ess. Rostrum tenue, articulo primo canali mentali recondito. Scutellum maximum basi rectangulum, apice rotundatum totum fere abdomen et hemielytrorum partem interiorem obtegens. Corpus semper supra convexum. — Conf. *Germar Beiträge zu einer Monographie der Schildwanzen in Zeitschr. für die Entomologie* Band I. Heft 1. pag. 1—146.

Gen. I. PACHYCORIS Burm. Handb. d. Ent. II. (1839). 391.

Char. art. Caput parvum, in conum subcylindricum rostratim productum. Praesternum supra basin antennarum laminatim dilatatum. Scutellum ante apicem late excisum. Membrana hemielytrorum 12—16-nervia. Corpus nudum trapezoidale, supra valde convexum.

Char. nat. Caput parum inclinatum in conum subcylindricum rostratim productum. Oculi minuti, globosi, prothoraci contigui. Ocelli duo oculis approximati. Antennae 5-articulatae, tenues, dimidii corporis longitudine: articulis primo et secundo subaequilongis, secundo tertio breviore vel illum aequante, quarto et quinto fusiformibus subcompressis, reliquos in longitudine superantibus. Rostrum basin abdominis attingens. Pronotum convexum declive, hexagonale: angulis humeralibus parum prominulis inermibus. Praesternum supra basin antennarum laminatim dilatatum. Scutellum alas et abdomen obtegens, ante apicem late excisum, apice producto obtuso. Hemielytra basi coriacea abdomine vix longiora: membrana 12—16-nervia, nervis pro parte furcatim divisis. Pedes validi longiusculi, posteriores reliquis longiores. Femora et tibiae introrsum tenue pubescentes. Tarsi breves subtus

setulosi; unguiculi acuti. — Cl. Germar praeter hic allatas 56 exoticas descripsit. (Conf. *Zeitschr. Ent.* I. 1. 1839. 82—111).

1. **Pach. grammica*** (Linn.); flavescens, punctata; corpore supra fasciis subpurpurascentibus licet fuscis interdum obsoletis; scutello apice subproducto, truncato. Long. 4½ lin.

Cimex grammicus Linn. Syst. Nat. II. 716. 7.
Tetyra grammica Fabr. Syst. Rhyng. 137. 43. Wolf Ic. Cim. 169. 166. Tab. XVII. fig. 166. Germ. Faun. ins. eur. VIII. 20 (bona).
Cimex purpureo-lineatus Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 364. 1291. Tab. VII. fig. 2.
Thyreocoris grammicus Schrank Faun. boic. II. 68. 1093.
Bellocoris purpureo-lineatus Hahn. Wanz. II. 43. Tab. XLIV. fig. 138.
Pachycoris grammicus Burm. Handb. d. Ent. II. 392. 5. Germar Zeitschr. I. 1. 104. 46.
Odontotarsus purpureo-lineatus Laporte Hém. 68.
Odontotarsus grammicus Am. et Aud. Serv. Hém. 42. 1.
Odontotarsus Amy. Ent. Franç. 35. 3.

Habitat in pratis sylvaticis Podoliae australis.

Statura similis *Pentatomati acuminatae.*

Corpus flavescens, impresso-punctatum, longitrorsum fasciatum, fasciae fuscae aut fusco-purpureae, duae in capite, quatuor bipartitae in pronoto, sex in scutello. Fasciae scutellares duae intermediae medium pronoti attingunt, duae laterales breviores, et duae externae parallelae arcuatim versus apicem scutelli directae supra illius basin interruptae. Pedes et antennae luteae aut flavescentes.

2. **Pach. caudata*** (Klug); lutea, punctata, supra fusco-vittata; scutello apice producto, abdomine longiore, caudato. Long. 4½ lin.

Tetyra caudata Klug in Ehrenb. Symb. phys. Dec. V. 1845. Tab. 43. fig. 6.
Pachycoris caudatus Burm. Handb. d. Ent. II. 392. 6. Germar Zeitschr. I. 1. (1839). 105. 47. Herr. Schaeff. Wanz. IV. Tab. CXIX. fig. 378 (bona).
Odontotarsus productus Spinol. Hemipt. 362. 3.
Odontotarsus caudatus Amy. et Aud. Serv. Hém. 43. 2. Tab. II. fig. 3.
Zenabus (ex lingu. hebr.) Amy. Ent. Fr. 36. 4.

Habitat in Podolia australi rarius.

Similis praecedenti, at abunde distincta, minor et angustior. Caput longius, anguli pronoti magis porrecti, apex scutelli magis acuminatus caudatim elongatus, color corporis alutaceo-flavus, vittae coloratae potius saturate fuscae quam purpureae, puncta minus impressa, nigra. Subtus ad marginem abdominis tubercula triserialia, glaberrima.

Gen. II. TETYRA Fabr. Burm. Handb. d. Ent. II. 389. 26.

Char. art. Caput triangulare vertice depresso. Praesternum supra basin antennarum laminatim dilatatum. Scutellum rectangulum, apice rotundatum. Membrana hemielytrorum 12-nervia. Corpus nudum, ovale, subdepressum late marginatum.

Char. nat. Caput parum inclinatum, latum, triangulare, vertice depresso: clypeus acute marginatus, lobis modo omnibus fastigiatis, modo medio lateralibus breviore. Oculi parvi, fere subtus absconditi. Ocelli duo. Antennae sub capite insertae dimidio corpore in longitudine breviores, 5-articulatae, ex parte a praesterni lamina basi supertectae. Antennarum articulus primus et secundus aequilongi, tenues, *secundus tertio* longior, ultimus reliquis longior cylindricus. Rostrum compressum basin abdominis attingens. Pronotum parum convexum impressione transversa obsoleta; margines praesterni acuti, anguli humerales rotundati non exserti. Scutellum basi rectangulum, versus apicem rotundatum medio convexum subcarinatum, abdomine angustius. Abdomen marginatum hemielytra excedens. Hemielytra ad costam coriacea, intus membranacea. Membrana hemielytrorum nervis 12 parallelis, uno intermedio furcatim diviso. Pedes normales, tibiis margine breviter spinulosis, tarsis subtus setulosis. — Corpus glabrum subdepressum in medio convexum, licet totum in dorso convexum. — Species hujus generis majori ex parte incolunt loca arida sabulosa juxta lapides et ad radices plantarum e quibus victum sibi praeparant; odorem spirant debilem ingratum. Sexus differentia recognoscitur ex structura segmenti analis, quod apud mares una valvula clausum est, apud foeminas e pluribus conflatum, rima longitudinali hiat.

Subdivisio Prima. Corpus subdepressum, late acute marginatum in medio convexum, margines abdominis a scutello non obtecti, exserti. Eurygaster Am. et Aud. Serv. Hém. 51. 23.

3. **Tet. Maroccana** (Fabr.); pallide ochracea, rugulosa; abdominis margine utrinque latissime prominulo fusco-maculato. Long. circ. 6 lin.

Cimex maroccanus Fabr. Ent. Syst. suppl. 529. 31.
Tetyra maroccana Fabr. Syst. Rhyng. 135. 35. Herr. Schaeff. in Panz. cont. F. germ. 114. 6
Platistus Amy. Ent. Fr. 41. 13.

Habitat in Russia meridionali; specimina Crimae lecta a D. Poluta, communicata habui.

Sequente *T. Hottentota* latior, non nitida, alutaceo-flava, abdomine pronoto latiore marginato, fusco-maculato distincta.

4. **Tet. Hottentota** (Fabr.): flavescens, fusca aut nigra; vertice capitis plano, clypeo antice emarginato: scutello in medio distincte longitudinaliter carinato *. Long. 6 lin.

Tetyra Hottentota: lateribus in medio corporis parallelis; thoracis angulis rotundatis; ferruginea aut nigra nunc immaculata, nunc carina scutelli punctisque duobus baseos pallidis Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 111.

Eurygaster Amy. Ent. Fr. 41. 12.

α. crepido-flava immaculata:

Cimex Hottentotus Fabr. Ent. Syst. IV. 87. 31.
Cimex Hottentota Vill. Ent. Linn. 483. 10.
Cimex Maurus Schrank. Enum. var. α.
Cimex lusco-cucullatus Goeze Beitr. II. 235. 20.
Tetyra Hottentota Fabr. Syst. Rhyng. 136. 37.
Thyreocoris cucullata Schrank. Faun. boic. II. 68. 1094.

β. toto corpore supra varie fusco-maculato, linea media clypei, postica pronoti, punctis duobus basilaribus scutelli, margine angustissimo capitis et pronoti albidis.

Cimex Maurus Schrank Enum. var. δ. Schaeff. ins. ratisb. Tab. CCL. fig. 5. 6.

γ. eadem pictura ac β, sed linea media scutelli lateritia.

δ. flavescens, linea media punctisque duobus basilaribus scutelli pallidis:

Cimex nigro-ferrugineus Geoffr. Ins. Paris. I. 467. 66.
Cimex secalinus Vill. Ent. Linn. 483. 12.
Cimex Maurus Wolf Icon. Cim. 135. 129. Tab. XIII. fig. 129. c'. d'. Schaeff. ins. rat. Tab. XLIII. fig. 15. 16.
Cimex carinatus Cyrilli Ent. neap. Tab. VI. fig. 2.
Scutellera Hottentota Brul. Hist. nat. ins. IX. 402.
Bellocoris Maurus Hahn. Wanz. II. 44. Tab. XLV. fig. 139.
Tetyra Hottentota Burm. Handb. d. Ent. II. 390. 2.
Eurygaster Hottentotus Amy. et Aud. Serv. Hém. 53. 1.

ε. nigra, linea media maculisque duabus scutelli angularibus albidis; margine abdominis prominulo fusco-griseo nigro-maculato:

Tetyra Hottentota δ Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. ger. 111. 7 (opt.).

ζ. tota nigra, abdomine, antennis tarsisque fusco-ferrugineis:

Cimex niger Geoffr. ins. par. I. 435. 4.
Cimex cappatus Vill. Ent. Linn. 483. 13.
Cimex Maurus var. ξ Schrank enum. Schaeff. ins. ratisb. Tab. LXXIX. fig. 4.
Tetyra nigra Fabr. Syst. Rhyng. 136. 39.
Tetyra Hottentota E Herr. Schff. in Panz. cont. F. ger. 111.

Habitat in arvis Podoliae inter Triticum et Avenam, quorum grana immatura, sugendo destruit.

In variis formis simillima sequenti sed magnitudine majore, vertice capitis planiusculo, lobo clypei medio apicem frontis non attingente lateralibus breviore, antice libero, conspicuo; pronoti angulis humeralibus rotundatis: lateribus in medio corporis parallelis, et carina scutellari distinctius prominente diversa.

5. **Tet. Maura** (Linn.); flavescens aut fusca, vertice capitis subconvexo, clypeo antice integro; carina scutellari obsoleta; abdomine margine fusco-maculato. Long. $4\frac{1}{2}$ lin.

α. fusco-ferruginea, scutello punctis duobus baseos pallidis:

Cimex Maurus Linn. Faun. su. 913. Fabr. Ent. syst. IV. 87. 30. Schaeff. ins. rat. Tab. XLIII. fig. 3. 4. Wolf Icon. Cim. 134. 129. Tab. XIII. fig. 129. b'. b'.

Tetyra Maura Fabr. Syst. Rhyng. 136. 36. Fall. Cim. su. 41. 1. Ejusd. Hem. su. 12. 2. Herr. Schaeff. in Panz. cont. F. germ. 112. 15. (bona). Burm. Handb. d. Ent. II. 390. 3.

Scutellera Maura Latr. Hist. nat. XII. 180. 13.

Bellocoris Maurus Hahn. Wanz. II. 44. Tab. XLV. fig. 139. (opt.).

Odontotarsus Maurus Spinol. Hemipt. 363. 5.

Eurygaster Maurus Amy. et Aud. Serv. Hem. 53. 2.

Holomesus Amy. Ent. Fr. 42. 14.

β. obscure ferruginea licet fusca, pronoti strigis, macula utrinque in *disco* scutelli, lituraque media postice *bifurca* pallidis:

Cimex Maurus Wolf Icon. cim. 134. 129. Tab. XIII. fig. 129. a'. a'.

Tetyra picta Fabr. Syst. Rhyng. 136. 38.

Scutellera picta Latr. Hist. Nat. XII. 180. 12.

Bellocoris pictus Spinol. Hem. 363. 4.

Habitat in arvis elatioribus praesertim sylvaticis Lithuaniae meridionalis, gubernio grodnensi inter segetes, sed forma *β* rarior, circa Varsaviam a Perthes jam observata.

Magis magnitudine quam colore variat, qui modo ferrugineo-fuscus modo obscure ferrugineus, saepissime observatur.

Normales insecti: Caput in vertice subconvexum, antice integrum; lobi clypei fastigiati, medius a lateralibus sulco utrinque distinctus. Antennarum articulus ultimus niger. Corpus nudum fusco-ferrugineum, supra subtiliter impresso-nigro-punctatum. Scutellum coloris corporis, in linea basilari utrinque callo parvo albo, et in medio linea dorsali laevi pallida saepius praeditum. Hemielytra angustata usque ad costam a scutello obtecta. Margo abdominis hemielytra excedens nigro-maculatus. Ostia spiraculorum abdominalium nigra. Pectus pedesque nigro-punctata. Armatura pedum vix ulla s. brevissima. Formae *β* caput et pronotum obscura, nigro parum irrorata. Scutellum obscurum punctis duobus callosis pallidioribus uti in forma normali, sed praeterea adest in illius medio s. disco utrinque macula major con-

spicua flava et linea dorsalis flava postice bifurca. Abdomen utrinque prominet margine supra fusco-maculato.

Adnotatio. Omnes hujus subdivisionis species in motu tardae, perterritae antennas in quiete extensas et porrectas, subito retrahunt et in sulco sternali cum rostro abscondunt, quod aeque ac illa supra basin, lamina praesterni dilatata antice rotundata adeo velata sunt, ut non facile in conspectum veniant. Huic encheiresi conducit singulari modo curvatura articuli primi, qui aeque ac secundus non modo elongatus et attenuatus, sed et parum arcuatus est.

Subdivis. Secunda. Corpus supra convexum tuberculatum. Abdomen fere totum a scutello obtectum, hemielytrorum basilari parte conspicua quam in praecedente angustiore. Scutellum carina obsoleta a medio deorsum in tuberculum elevatum: Psacasta Germ. Zeitschr. I. 1. (1839). 68. 15. Amy. et Aud. Serv. Hém. 45.

6. **Tet. pedemontana** (Fabr.); fusco-rufescens, opaca, punctata, supra albo-verruculosa v. atomis numerosissimis albidis conspersa; abdomine elytris vix latiore. Long. 4—4½ lin.

Cimex Allionii Linn. Syst. Nat. ed. XIII. 2132. 164.

Cimex exanthematicus Scopol. carn. 121. 353!

Cimex pedemontanus Fabr. Ent. Syst. IV. 342. 19. Villers Ent. Linn. 482. 8. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 364. 1292. Wolf Icon. Cim. 94. 88. Tab. IX. fig. 88. (bona).

Tetyra pedemontana Fabr. syst. Rhyng. 137. 42. Burm. Handb. d. Ent. II. 394. 4. Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. ger. 111. 6. (bona).

Scutellera pedemontana Latr. Hist. nat. XII. 181. 15.

Ventocoris pedemontanus Hahn. Wanz. II. 37. Tab. XLIII. fig. 134.

Psacasta pedemontana Germ. Zeitschr. I. 1. 69. 1.

Psacasta Amy. Ent. Fr. 36. 5.

Habitat in Podolia australi.

Caput obscure fuscum v. immaculatum vel verruculis numerosissimis albidis vix excavatis, punctulatum; lobi clypei aequilongi, medius a lateralibus sulco utrinque distinctus. Rostri fusci brevis-articuli ferruginei. Antennae basi ferrugineae articulo *tertio brevissimo*, ultimo vix pubescente. Corpus pallide v. obscure rubro-fuscum, punctatissimum. Pronotum rubro-fuscum simili modo ac caput lepidoto impresso-punctatum v. verruculis numerosissimis sparsis luteo-albidis inspersum; anguli humerales rotundati, postice vix emarginati. Scutellum apice rotundatum sursum postice in tuberculum elevatum, basi utrinque impresso-punctatum, coloris pronoti, et similibus verruculis albidis inspersum. Corium hemielytrorum rubro-fuscum. Abdomen subtus nigrum, ad latera impresso-punctatum, maculis biserialibus luteis punctiformibus, linea ejusdem coloris angusta illis interposita. Anus integer.

Pectus coloris abdominis impresso-punctatum; maculis paucis flavis fusco-punctatis, adornatum. Pedes modo fusci, modo nigri pauce rubro- vel flavo-maculati. Femora vix spinulosa. Tibiae angulatae, spinulis dentatae. Tarsi ferruginei.

Nota. Forma hujus *Tet. pedemontanae* „verruculis totis nigris obsoletis, scutelli carina basi apiceque evanescente“ seu: *Psacasta nigra* Germ. Zeitschr. 141 (Herr. Schaeff. Wanz. V. 47. Tab. CLIX. fig. 498) Crimae incola est.

7. **Tet. tuberculata** (Fabr.); nigra, obscura, variolosa: verruculis excavatis; scutelli carina longitudinali obsoleta, ante apicem gibboso-elevata. Long. cir. 3 lin.

Cimex tuberculatus Fabr. Ent. Syst. IV. 90. 44.
Tetyra tuberculata Fabr. Syst. Rhyng. 139. 52. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. F. ger. 135. 2. (bona).
Psacasta tuberculata Germ. Zeitschr. I. 1. (1839). 70. 3. Amy. et Aud. Serv. Hém. 46. 2.
Oncopygia Am. Ent. Fr. 37. 6.

Habitat in Podolia australi.

Praecedente fere duplo minor. Tota supra nigro-ferruginea, rugulosa; verruculae corporis excavatae, concolores. Caput opacum, nigrum, densissime punctulatum. Antennae fuscae licet purpurascentes. Pronotum antice declive, litura lata instructum, postice verruculosa, carinula longitudinali obsoleta; anguli humerales rotundati. Scutellum verruculosum, basi tuberculis (callis) duobus albis et carina longitudinali insigne, quae posteriora versus in gibbum elevatur. Segmentorum abdominalium anguli posteriores in tuberculum elevati. Pedes nigri, albo-annulati.

8. **Tet. neglecta** (Hahn); testacea, nigro-punctata, verrucosa, linea longitudinali pallida; pronoti angulis truncatis.* Long. 3 lin.

Tetyra neglecta Hahn. Wanz. IV. 27. Tab. CXIX. fig. 377.
Psacasta neglecta Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 71. 5.

Habitat in Podolia australi rarius.

Similis praecedenti. Caput convexum, clypeo antice integro, lobo tamen medio a lateralibus sulcis utrinque distincte ante apicem evanescentibus, limitato. Corpus supra dense grosse punctatum, tenue albido-verruculosum, cum linea carinali pallida quae deorsum scutelli elevatus et ante medium ejus disparet. Verruculae pallidae non excavatae. Pronotum convexum latitudine abdominis. Abdomen margine tuberculatum uti in praecedente. Tibiae spinulosae v. potius muricatae.

9. * **Tet. conspersa** * (Germ.) „grisea, punctis elevatis albis con-

spersa, scutello maculis duabus basalibus albis abdomine subtus margine fusco: punctis elevatis albis duplici serie." Long. 4 lin.

Psacasta conspersa Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 71. 4. cum diagnosi citata.

Habitat in Sarepta.

Gen. III. TRIGONOSOMA Burm. Handb. d. Ent. II. 388. 25.

Char. art. Caput antice emarginatum. Praesternum interdum in laminam dilatatum (Subdivis. 3). Scutellum rectangulum apice rotundatum. Membrana Hemielytrorum 5-nervia. Corpus glaberrimum.

Char. nat. Caput parvum inclinatum, vertice plano; lobi clypei laterales convergentes, medium superantes. Oculi normales parvi. Ocelli duo majusculi. Antennae 5-articulatae, articulo secundo tertio longiore. Rostrum compressum, rectum, basin abdominis attingens. Pronotum magnum antrorsum subito inclinatum, inter angulos humerales in diametro transversali latitudine abdominis. Scutellum magnum, hemielytra coriacea tota fere obtegens. Membrana hemielytrorum pellucide 5-nervia, nervis simplicibus secundo exteriore furcatim subdiviso. Abdomen subtus convexum, medio ecarinatum. Pedes tenues. Tibiae pubescentes. Tarsi 3-articulati, pubescentes.

Subdivisio Prima. Clypei capitis lobus medius lateralibus eximie brevior. Anguli humerales pronoti parum prominuli rotundati. Scutellum abdomine perspicue angustius. Tarsorum articulus primus reliquis longior: *Graphosoma* Laporte Hém. 70. Amy. et Aud. Serv. Hemipt. 54. 24. — *Species hujus subdivisionis sub attactu odorem fortem pomorum putrescentium spirant.*

9. **Trig. semipunctata** (Fabr.); sanguinea l. rufa, nigro-punctata; pronoto maculis decem, scutello fasciis quatuor nigris. Long. 5 lin.

Cimex semipunctatus Fabr. Ent. syst. Mant. 281. 18. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 362. 1289. Tab. A. fig. 2. Stoll. Punais. II. Tab. II. fig. 8. Vill. Ent. linn. 482. 7.

Tetyra semipunctata Fabr. Syst. Rhyng. 135. 33. Wolf Icon. Cim. I. 2. 2. Tab. I. fig. 2. Ahrens Faun. ins. eur. II. 20 (opt.).

Scutellera semipunctata Latr. Hist. nat. XII. 178. 5. Hahn Wanz. I. 175. Tab. XXVII. fig. 91.

Trigonosoma semipunctata Burm. Handb. d. Ent. II. 388. 1.

Graphosoma semipunctata Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 52. 3. Amy. et Aud. Serv. Hém. 55. 2.

Hemistictus Amy. Ent. Fr. 45. 16.

Habitat in Podolia australi; sequente rarior.

Statura et summa affinitas sequentis, a qua omnino distincta. Caput acuminatum, sanguineum, in exsiccata rufum, striis duabus marginalibus nigris, quae tamen apicem clypei non attingunt. Antennae rufae apice nigrae. Pro-

notum rufum ordine duplici punctorum nigrorum transverso 4, 4, lineisque duabus lateralibus lunatis nigris; puncta duo baseos continuatio striarum scutelli sunt. Scutellum rufum striis s. fasciis quatuor nigris: lateralibus abbreviatis. Corpus subtus flavum nigro-punctatum. Pedes rufi: punctis sparsis nigris.

10. **Trig. lineata** * (Linn.); rubra, supra striis capitis 2, pronoti 6, scutelli 4, abdominisque maculis punctiformibus numerosis nigris. Long. $4\frac{2}{3}$ l.

Cimex lineatus Linn. Syst. Nat. ed. XIII. 716. 6. Scop. ent. carn. 120. 351. ic. 351. (bis.). Schaeff. ins. rat. Tab. II. fig. 1. Stoll. Pun. Tab. II. fig. 9. Sulzer. Hist. ins. Tab. X. fig. 6. Vill. Ent. linn. 481. 4.

Cimex nigro-lineatus Fabr. Ent. syst. IV. 85. 22. Panz. Faun. ger. I. 2. Wolf Icon. Cim. I. 1. Tab. I. fig. 1. Donov. Brit. ins. XIV. t. 473. (opt.). Ross. Faun. etr. ed. Jllig. II. 361. 1288.

Tetyra nigro-lineata Fabr. Syst. Rhyng. 135. 32. Zett. Act. Holm. 1819. 69. Fallen Hem. su. 12 2. Labram et Imh. Schweiz. ins. Bändch. I. (bona!).

Scutellera nigro-lineata Latr. Gen. Cr. et ins. III. 113. 3. Hahn Wanz. I. 173. Tab. XXVII. fig. 90.

Pentatoma nigro-lineata Tigny Hist. nat. ins. IV. 291. Pl. 6. fig. 7.

Graphosoma nigro-lineatum Laporte Hemipt. 70.

Trigonosoma nigro-lineata Burm. Handb. d. Ent. II. 388. 2.

Graphosoma lineata Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 51. 1.

Graphosoma lineatum Amy. et Aud. Serv. Hém. 55. 1.

Graphosoma Amy. Ent. Fr. 44. 15.

Habitat rarius in Lithuania meridionali super plantas umbelliferas; in Volhynia et Podolia frequens.

Tetyra Maura non minor, at minus convexa scutelloque paulo angustiore instructa. Antennae vel totae nigrae vel articulo secundo rufo. Corpus supra rugulose punctatum sanguineo l. rufo-nigroque alternatim longitudinaliter striatum; striae rubrae angustiores. Ex his duae intermediae sunt contiguae, caput, thoracem scutellumque transeuntes. Striae pronoti insuper adsunt duae laterales. Hemielytrorum exterior pars rufa conspicitur. Praeterea puncta aliquot in margine abdominis rufa, cum nigris quadratis alternantia. Abdomen supra basi fere totum nigrum, subtus rufum, maculis punctiformibus nigris in series inordinatas dispositis, solis marginantibus symmetricis. Pedes supra nigri, subtus rufescentes, tenue pilosuli. Femora extrema maculis duabus nigris notata.

Subdivisio Secunda. Clypei capitis lobi laterales medium multo superantes. Anguli humerales pronoti extrorsum prominuli. Praesterni lamina nulla. Scutellum abdomine longius illudque fere ex toto obtegens: carina media per pronotum ad caput excurrente: *Graphosomae spec.* Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 52. Ancyrosoma Amy. et Aud. Serv. Hem. 49.

11. **Trig. flavo-lineata** (Fabr.); grisea l. pallida, carinis dorsi albis nigro-cinctis, pronoti humeris obtusis rotundatis. Long. 3 lin.

Cimex flavo-lineatus Fabr. Ent. syst. Suppl. 529. 33.
Tetyra flavo-lineata Fabr. Syst. Rhyng. 141. 60. Coqueb. Illustr. Icon. I. 36. Tab. IX. fig. 6.

Tetyra strigata; ovata, olivacea, subtus, pedibus et vittis 5 pallide flavis, media elevata glabra, adjacentibus latioribus scutelli apicem non attingentibus, reliquis scutelli marginem formantibus, thoracis angulis rotundatis. *Herr. Schaeff.* (in Panz. Cont. Faun. germ. 135. 1. ♂) omnino ad nostram speciem pertinet testante ipso auctore in Wanz. V. 42!

Graphosoma strigata Germ. Zeitschr. I. 1. 53. 6!
Graphosoma flavo-lineata Germ. Zeitschr. I. 1. 52. 4.
Xanthogrammus Amy. Ent. Fr. 45. 17.

Habitat in Podolia australi, rarior.

Trigonosomate lineata multo minor, angustior et alius formae; ambitu et magnitudine *Acanthosomae griseae* convenit, sed in conformatione corporis et pictura quasi typum *Pentatomae acuminatae* refert. Color corporis mutationi obnoxius. Recentissima specimina olivacea sunt, quae demum pallida v. grisea evadunt. Vittae v. 5 lineae carinatae pallidae obscurius marginatae in pronoto, 3 in scutello, media elevatior glabra, laterales scutelli latiores apicem non attingunt, extimae pronoti marginem ejus formant. Abdomen subtus flavum; ostia spiraculorum nigra. Praeterea ad segmenta ventralia 2, 3 et 4 ex utroque latere inter medium et marginem punctum nigrum. Pedes flavi.

12. **Trig. albo-lineata** (Fabr.); testacea, supra albo-lineata; pronoti humeris acutis, capite elongato. Long. 3 lin.

Cimex leucogrammus Linn. Syst. Nat. ed. XIII. 2131. 158.
Cimex albo-lineatus Fabr. Ent. Syst. IV. 88. 32. Stoll. Punais. Tab. XXIII. fig. 156. Panz. Faun. germ. 66. 20. (bona). Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 366. 1295. Wolf. Icon. Cim. 95. 89. Tab. IX. fig. 89. a. b. (opt.).
Cimex nervosus Cyrilli Ent. neap. I. Tab. VI. fig. 10 (mala).
Tetyra albo-lineata Fabr. Syst. Rhyng. 140. 58.
Scutellera albo-lineata Latreille Hist. nat. XII. 179. 7.
Ventocoris albo-lineatus Hahn Wanz. II. 37. Tab. XLIII. fig. 135.
Trigonosoma albo-lineata Burm. Handb. d. Ent. II. 389. 5.
Graphosoma albo-lineata Germ. Zeitschr. I. 1. (1839). 52. 5.
Ancyrosoma albo-lineatum Amy. et Aud. Serv. Hém. 49. 1. Planche 2. fig. 1.
Ancyrosoma Am. Ent. Franç. 39. 9.

Habitat in Podolia australi, rarior.

Magnitudo praecedentis, sed habitus potius sequentis subdivisionis speciei penultimae, propter angulos humerales pronoti in auriculas acutas porrectos. et abdomen breve, crassum.

Caput elongatum griseum linea in medio verticis albida. Antennae flavescentes. Corpus testaceo-grisescens. Pronotum latum, breve, griseo-flavum, impresso-punctatum; anguli humerales in auriculas acutas patentes, porrecti. Vittae 5 flavescentes in pronoto obsoletae, versus scutellum distinctiores: duae laterales intermediae proximae vix medium scutelli attingentes. Scutellum griseum: vittis 5 marginibusque parum elevatis in vivis flavis, in mortuis albis. Abdomen fuscum margine griseo, punctis aliquot nigris. Pedes flavescentes.

Subdivisio Tertia. Lobi laterales clypei capitis supra medium conniventes. Pronotum antice lituris duabus transversis, angulis humeralibus basin abdominis excedentibus. Praesternum utrinque in laminam productum. Scutellum latum, abdomen totum fere obtegens. Corpus glaberrimum, abbreviatum crassum, apud penultimam speciem anchoraeforme! TRIGONOSOMA Laporte Hém. 69. Amy. et Aud. Serv. Hém. 48. 20.

13. **Trig. Nigellae** (Fabr.); lutea; pronoti area postica, scutello toto hemielytrorumque costa purpureis; humeris parum prominulis *. Long. $3\frac{3}{4}$ lin.

Cimex Nigellae Fabr. Ent. syst. IV. 82. 8. Wolf. Icon. cim. 92. 86. Tab. IX. fig. 86. Panz. Faun. germ. 66. 19.

Cimex flavipes Vill. Ent. linn. 483. 14.

Tetyra Nigellae Fabr. Syst. Rhyng. 140. 55.

Cimex aeruginosus Cyrilli Ent. neap. (secund. specim. auct. in Museo berolinensi!)

Ventocoris Nigellae Hahn. Wanz. II. 36. Tab. XLIII. fig. 133.

Trigonosoma Nigellae Burm. Handb. d. Ent. II. 389. 3. Germ. Zeitschr. I. 1. 56. 7. Amy. et Aud. Serv. Hém. 48. 1.

Trigonosoma Amy. Ent. Franç. 38. 7.

Habitat in arvis Podoliae australis in *Nigella arvensi;* rarior.

Praecedente vix major, habitu *Trigon. Galii.*

Purpureo-flava, parum tenue punctata. Antennae pallide flavae. Caput et pars devexa pronoti flavescentia; area pronoti postica, scutellum et latera hemielytrorum aeque ac segmentum anale obscure purpurea. Anguli humerales parum prominuli. Hemielytra introrsum sanguineo-rubra: membrana flavescenti-grisea. Corpus subtus flavescens. Pectus et abdomen subtus in medio aut in basi dilute aut obscure fusca. Anus niger. Pedes pallide flavi.

14. **Trig. Desfontaini** * (Fabr.); „supra grisea, subtus et antice albida; humeris spinosis; abdominis margine tuberculato.“ Long. 4 lin.

Cimex Desfontainii Fabr. Ent. syst. IV. 89. 40. Coqueb. Illustr. Icon. Dec. I. 39. Tab. X. fig. 5.

Tetyra Desfontainii Fabr. Syst. Rhyng. 141. 61.

Trigonosoma Desfontainii Germ. Faun. ins. eur. XXI. 19. (opt!). Ejusd. Zeitschr. I. 1. (1839) 56. 1. Burm. Handb. d. Ent. II. 389.
Desfontainius! Amy. Ent. Fr. 38. 8.

Habitat Crimae.

Facie subsimilis *Trig. albo-lineatae* sed illa parum major, et valde distincta. Caput valde inclinatum, albidum grosse et disperse punctatum, clypeo obtuse rotundato, lobis lateralibus supra medium longe conniventibus. Corpus supra griseum. Pronotum grosse et vix implicato-punctatum; area pronoti anterior alba, posterior fusco-grisea; anguli humerales antrorsum porrecti, spina longa obtusa processi ad instar terminati: margo spinarum utrinque nigricat. Scutellum fusco-griseum, implicato-punctatum, hemielytra usque ad plicam parvam costalem obtegens. Corpus subtus albidum ad latera grosse punctatum; angulo exteriore segmentorum abdominalium tuberculo parvo fusco terminato. Antennae coloris corporis. Pedes pallide flavi, fusco-punctati.

Nota. *Tetyra falcata* Mus. berolin.! (*Cimex falcatus* Cyrilli Ent. neap.!) a *Tetyra Desfontainii* essentialiter non differt.

15. **Trig. Galii** (Wolf); „brevis, ocellato-punctata, testacea, capite, pronoti scutellique parte antica ferrugineis.“ Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Cimex Galii; scutellaris, gibbus, griseus, capite scutelloque basi testaceis; pedibus tuberculato-dentalis Wolf. Icon. Cim. 97. 91. Tab. X. fig. 91. a. b.
Scutellera Galii Latr. Boit. man. ent. III. 50.
Trigonosoma Galii Herr. Schaeff. Wanz. IV. 27. Tab. CXIX fig. 376. a. b. (*apoda depicta, ad specimen vetustum colorata!*) Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 58. 8.
Camaromus Amy. Ent. Fr. 40. 11.

Habitat in Volhynia et Podolia media; rarior.

Minima hujus generis et totius Tribus species; habitu et magnitudine *Pentatom. perlatae,* sed magis convexa et subquadrata.

Corpus supra impresso ocellato punctatum, nudum, glaberrimum. Caput parum elongatum *incurvum,* marginatum, acuminatum *purpureo-luteum* vel *fusco-flavescens,* praeter sulcos impressos longitudinales circa lobum medium clypei, impresso-punctatum. Antennae 5-art. griseo-flavae, apice fuscae, articulo ultimo paulo crassiore. Oculi nigri, globosi, minuti, basi annulo flavo cincti. Ocelli occipitales. Rostrum mediae longitudinis griseo-flavum, apice fusco. Pronotum *latissimum* valde *devexum*, griseo-flavum v. dilute flavum impresso punctatum, punctis in rugas transversas dispositis, antice utrinque litura *fusca* vel purpureo-lutea notatum; anguli humerales rotundati parum prominuli. Scutellum totum abdomen obtegens *subquadratum,* apice deflexum, griseo- v. dilute flavum: punctis numerosissimis impressis in series transversas dispositis, rugasque quasi formantibus. Basis scutelli vix depressa, *fusce-*

scenti-flava v. *purpureo-lutea,* utrinque tuberculo (quasi rudimento calli) munita. Hemielytra ad costam exteriorem griseo-flava, impresso-punctata. Margo abdominis *tuberculatim elevatus;* venter convexum impresso-punctatum, griseo-flavum, medio fuscum. Pectus subtus griseo-flavum. Pedes griseo-flavi impresso-punctati. *Femora tuberculis* numerosissimis exasperata. Tibiae angulatae, plurimis denticulis seriatim dispositis armatae. Tarsi flavescentes.

Gen. IV. PODOPS Laporte Hém. 72. Burm. Handb. d. Ent. II. 386. 23.

Char. art. Caput quadrangulare. Oculi valde protuberantes subpedunculati, spina retro antennae singulae anteposita. Pronotum transversum, angulis anterioribus appendiculatis. Scutellum magnum, rectangulum, apice rotundatum. Membrana hemielytrorum 4-nervia. Corpus nudum, ellipticum, convexum, ventre plano.

Char. nat. Caput majusculum, subhorizontale, quadrangulare, parum convexum, apice subemarginatum, ad insertionem antennarum ante oculos utrinque in spinam excisum. Oculi parvi, convexi, valde exserti, subpedunculati. Ocelli duo. Antennae breves tenues, 5-articulatae: articulo secundo et tertio aequilongis. Rostrum basin abdominis attingens, articulo primo canali mentali recondito. Pronotum magnum, supra convexum, *margine anteriore* et *posteriore aequilatis,* medio impressione transversa extrorsum dilatata notatum, angulis humeralibus parum dilatatis marginatis, *anteriore utrinque appendiculato.* Scutellum convexum, rectangulum, apice rotundatum longitudine abdominis, hemielytra tantum ad marginem interiorem obtegens. Hemielytrorum costa coriacea: membrana nervis 4 parallelis. Tibiae *ciliatae.* Tarsi triarticulati, articulis minutis.

Nota. Appendix ad utrumque angulum thoracis anteriorem, spina retro antennam singulo oculo anteposita et oculi protuberantes exserti subpedunculati, in tota hac familia, genus hoc a reliquis distinguunt.

16. **Pod. inunctus** (Fabr.); laeviusculus; pronoti angulis anticis in lobum securiformem productis, humeralibus rotundatis; antennis fuscis, basi pedibusque pallidis fusco-maculatis. Long. $2\frac{1}{2}$ lin.

α. genuinus griseo-flavescens:

Cimex inunctus Fabr. Ent. Syst. IV. 90. 44. Wolf. Icon. Cim. 5 5. Tab. I. fig. 5. Schellenb. Wanz. 21. Tab. I. fig. 5. (opt.).

Tetyra inuncta Fabr. Syst. Rhyng. 139. 53. Panz. Faun. germ. 36. 24.

Podops inunctus Laporte Hém. 72. Burm. Handb. d. Ent. II. 387. 2. Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 63. 1. Amy. et Aud. Serv. Hém. 57. 1.

Podops Am. Ent. Fr. 47. 20.

β. cinereus:

Tetyra Tangira Fabr. Syst. Rhyng. 138. 49. Fall. Hem. su. 16. 7.
Podops Tangira Burm. Handb. d. Ent. II. 387. 1. *sine diagnosi!*
Podops Tangirus Germ. Zeitschr. I. 1. (1839). 66. 6.
Proomoxys Amy. Ent. Fr. 46. 19.

Habitat in agris siccis Lithuaniae mediae et meridionalis, rarius.

Caput griseum, lobo clypei medio, lateralibus non conniventibus breviore; lateralium margo prominulus reflexus. Antennae nigrae subpilosae. Oculi uti in *Saldis.* Corpus ovale, postice rotundatum, supra parum convexum, cinereum aut griseo-flavescens, impresso nigro-punctatum. Pronotum magnum cinereum in medio modice transversim impressum, basi saepius punctis tribus albidis callosis notatum, quorum duo in angulis, tertium in medio lineae basilaris; anguli anteriores pronoti utrinque prope oculum appendiculo securiformi, obtusissimo armati, humerales rotundati, postice parum excisi. Margo s. costa hemielytrorum scutello concolor. Abdomen subtus, modo nigrum ad latera saepius lutescens in *c.*, modo subtus ferrugineo-fuscum. Pedes pallidi. Femora apice nigro-maculata. Tibiae inermes, setulis paucissimis ciliatae.

Gen. V. PHIMODERA Germar Zeitschr. I. 1. (1839) 60. 12.

Char. art. Caput quadrangulare, lobo medio clypei carinatim elevato. Oculi valde exserti subpedunculati. Praesternum antice laminatim dilatatum. Scutellum magnum rectangulum, apice obtusissimo. Membrana hemielytrorum 4—5-nervia. Corpus nudum, convexum. Segmenta abdominalia margine tuberculata. *Trochanteres supra basin femorum in processum dentiformem elevati.*

Char. nat. Caput arcuato-inclinatum, latum, quadrangulare, antice truncatum: lobis clypei subfastigiatis medio in vertice sub forma carinae validae elevato. Oculi majusculi, valde protuberantes, globosi, subpedunculati. Ocelli duo occipitales, distantes. Antennae breves 5-articulatae; articuli duo priores aequilongi, secundus tertio longior, duo extremi vix incrassati alios in longitudine superantes. Rostrum breve apice compressum. Pronotum postice convexum, antice declinatum in linea recta, truncatum; litura transversa plicam refert cum duobus tuberculis; margines laterales sinuato-inflexi; anguli anteriores acuti, laminatim extenuati; posteriores rotundati, emarginati parum prominentes. Praesternum laminatim dilatatum. Scutellum pronoti latitudine abdomen fere ex toto obtegens, disco carina obsoleta, abbreviata a medio ad apicem rotundatum parum devexum apice ipso subtruncato. Hemielytra extrema basi libera, a scutello tota obtecta: membrana 6—8-nervia. Abdomen subtus convexum, extra scutellum parum prominens, medio planum,

margine tuberculatum. Pedes breves, ciliati. Trochanter supra basin femorum in processum dentiformem protractus. Tarsi triarticulati: articulo tertio longiore.

Nota. Genus oculis subpedunculatis praecedenti valde affine, at lobo medio clypei capitis carinatim elevato, pronoto ad latera inappendiculato, angulis humeralibus parum prominentibus rotundatis, praesterno laminato, conformatione trochanterum, antennarum et abdomine margine elevato-tuberculato, optime distinguendum.

17. **Phim. galgulina** (Herr. Schaeff.); cinerea, fusco-nebulosa, pallide verrucosa, humeris retrorsum excisis; abdominis margine utrinque 5 tuberculato; pedibus pallidis, crebre nigro-maculatis. Long. 3 lin.

Podops galgulinus Herr. Schaeff. Wanz. IV. 29. Tab. CXIX. fig. 379. ♀.
Phimodera galgulina Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 61. 1. Amy. et Aud. Serv. Hém. 56. 1.
Phimodera Amy. Ent. Fr. 45. 18.

Habitat locis campestribus sabulosis Volhyniae et Lithuaniae rarius. — Circa Berolinum a. 1849 unum specimen detexit amic. *Stein*. Eximius autem chalcographus et entomologus *D. Wagenschieber* Aprili 1850, circa Charlottenburg, plura a se collecta, viva mecum communicavit.

Caput griseo-flavescens, quadratum, antice truncatum, in ambitu ciliatum, convexum, lobis clypei lateralibus, marginatis. Oculi et ocelli fusci nitidi. Pronotum griseum fusco-nigro-variegatum; margo anterior recte terminatus, capite oculisque latior, laterales incrassati retro angulos anteriores rectos sinuato-inflexi, ad humeros lobulum triangularem formantes, pone illum versus scutellum attenuati cum margine posteriore confluentes. In medio pronoti impressio transversa, in antica parte litura a duabus plicis, anteriore minore utrinque tuberculo terminata. Scutellum griseum sparse albo-verruculoso-punctatum; in medio ejus duae lineae fuscae angustae, abbreviatae, his autem interpositae duae fasciae semicirculares infra medium recte ad apicem scutelli decurrentes uti in *Pachycori grammica*. Apex scutelli, longitudine abdominis, rotundatus. Pars scutelli costae hemielytrorum opposita, utrinque magna macula pallida notata, quae praecipue in speciminibus omnino fuscis et picturam scutelli obliteratam habentibus, optime conspicitur. Corpus subtus griseo-flavum, impresso-punctatum. Segmenta abdominalia 5 terminantur tuberculis elevatis 5, in margine abdominis conspicuis. Pedes flavi fusco-annulati. Trochanteres supra basin femorum elongati sunt in dentes obtusos, introrsum directos.

Nota. *Phimodera nodicollis* Burm.; „fusca griseo-irrorata, humeris rotundatis, lineis duabus scutelli basalibus albis“ (Germ. Zeitschr. I. 1. 62. 2. Tab. I. fig. VII. a. b. c.), praecedente parum major, habitat circa Barnaul, in Sibiria.

18. **Phim. humeralis** (Dalm.): supra nigra, subtus livida nigro-irrorata; scutelli macula humerali pallida, triangulari; antennis pedibusque concoloribus. Long. circ. 3 lin.

Tetyra humeralis Dalman Anal. ent. (1823) 94. 4. Fallen Hem. su. 14. 4.
Phimodera humeralis Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 62. 3.

Habitat locis similibus in Lithuania occidentali ac praecedens, sed illa multo rarior.

Magnitudine *Odontoscelis fuliginosae* sed capite quadrato, truncato et pronoti lateribus sinuatis, omnino hujus generis.

Corpus subtilissime pubescens. Caput subquadratum, lateribus rectum, antice truncatum angulis parum rotundatis, *nigrum*, confertissime punctulatum, supra paulo convexum, carinula frontali elevata ad apicem usque producta et eo magis conspicua, quod a lateralibus clypei lobis impressione utrinque separata. Antennae nigrae; articuli basi pallidi, apice paulo crassiore toto nigro. Oculi majusculi valde prominuli nigri. Pronotum valde transversum (quam longum duplo latius) antice posticeque angustatum et truncatum, in medio dilatatum subangulatum, supra nigrum, nitidulum, parum convexum, punctatissimum, foveolaque laterali ante medium impressum, angulis anticis, humeralibus punctisque 4 disci anterioris, pallide testaceis, obsoletis. Latera pronoti ante medium sinuato-inflexa; anguli anteriores subrecti, humerales rotundati. Scutellum basi pronoti manifeste angustius, supra convexum confertissime punctulatum, punctisque elevatis nitidioribus paucis adspersum, nigrum, nitidulum, in angulo basilari utrinque macula pallida testacea subtriangulari, apice introrsum spectante instructum, ante medium paulo dilatatur; margines ejus laterales testaceo-punctati, abdomine angustiores, apex rotundatus. Hemielytrorum costa versus basin testaceo-nigro-punctata: membrana hyalina, clara. Corpus subtus sordide testaceum, punctulatum nigroque irroratum. Abdomen tumidum margine a scutello non obtecto obscuro, pallide maculato. Pedes testacei breviter ciliati, nigro-irrorati. Tibiae obscuriores, annulo medio pallido sat distincto.

Gen. VI. ODONTOSCELIS Laporte Hém. 74. Burm. Handb. d. Ent. II. 385. 22.

Char. art. Caput semicirculare, subemarginatum. Scutellum maximum apice rotundatum. Membrana hemielytrorum sub 5-nervia. Tibiae dense breviter spinulosae. Corpus elliptico-rotundatum.

Char. nat. Caput antice semicirculare, subemarginatum: carinis clypei frontalibus utrisque parum prominulis. Antennae 5-articulatae, articulo se-

cundo modo breviore tertio modo longiore, tertio autem quarto et quinto aequilongis. Rostrum tenue, coxas posteriores attingens, bis geniculatim fractum: vaginae articulo primo sulco mentali incumbente. Pronotum convexum, disco transversim subimpressum. Scutellum magnum, convexum fere totum abdomen obtegens, apice late rotundatum. Hemielytrorum costa cornea: membrana tenuis, nervis 5 longitudinalibus. Pedes breves. Femora glabra. Tibiae praesertim anteriores, spinulis brevibus subserialibus densissime obtectae (exclusa specie prima). Tarsi triarticulati, articulo medio minore. Corpus modo pilosum, modo pubescens, modo glabrum metallice nitens.

Subdivisio Prima. Caput supra planiusculum. Articulus secundus antennarum tertio longior. Pronotum in medio sulco transversali impressum. Tibiae 4-fariam spinulosae aut subnudae. Corpus supra opacum piloso-hirtum aut pubescens: Ursocoris Hahn. Wanz. II. 50. Arctocoris Herr. Schaeff. Wanz. V. 37.

* Corpus valde pilosum, pronoti sulco trausversali profundo: Irochrotus Amy. et Aud. Serv. Hém. 39. 11.

19. **Od. maculiventris** * (Germ.): nigra, nitida, griseo-hirta; ventre longe piloso: maculis duabus albis; pedibus antennisque ferrugineis. Long. 5 lin.

Pachycoris maculiventris; niger, griseo-hirtus, ventre maculis duabus albis Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 109. 58. Ejusd. Faun. ins. eur. XXI. 20 (opt.).

Pachycoris hirta A. Costa in Ann. Soc. Ent. Franç. X. 306. Planche 6. fig. 10. ♂.

Irochrotus maculiventris Amy. et Aud. Serv. Hém. 39. 1.

Habitat in arvis Podoliae australis, rarius.

Insectum valde singulare ex primo intuitu hujus potius quam alius generis, corpore villoso hirto, pronoto impressione transversa profunda, praesterno laminato, pedibusque subinermibus pilosis, a reliquis distinctissimum.

Affinis *Od. lanatae* Fabr. sed major. Corpus totum fere cylindricum, antice posticeque rotundatum, supra nigrum, pilis longis cinereis dense hirtum cum hemielytris a scutello fere totum obtectum, subtus minus convexum, griseo-tomentosum, ventre maculis duabus magnis transversim ovatis albis notatum, ańo magis hirto. Antennae piceae aut ferrugineae 5-articulatae. Pedes aeneo-nigri. Femora parce pilosa. Tibiae densius pilosae, anteriores subtus denticulo armatae. Tarsi ferruginei. — Maculae abdominales in sexu foemineo interdum disparent.

Nota. Alia hujus sectionis species: Odontoscelis lanata* (*Cimex lãnatus* Pallas Itin. II. 729. 82.; *Tetyra lanata* Fabr. Syst. Rhyng. 142. 65.; Stoll. Punais. 41. Tab. IX. fig. 41.; *Arctocoris lanatus* Herr. Schff. Wanz. V. 39. Tab. CLVI. fig. 490 (opt.); *Pachycoris lanatus* Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 109. 57.; *Irochrotus lanatus* Amy. et

Aud. Serv. Hem. 40 in nota.) ovalis, nigra, griseo-hirta cum parvo metallico nitore 3½ lin. longa, a genuina podolica specie magnitudine minore, antennis pedibusque nigris diversa, in Sibiria occurrit.

* Corpus pubescens, punctulatum, opacum. Pronoti impressio transversalis saepe obsoleta: ODONTOSCELIS Amy. et Aud. Serv. Hém. 69. 38.

20. **Odont. fuliginosa** (Linn.); fusca aut nigra, breviter piloso-pubescens, linea dorsali media, liturisque duabus scutelli pallidis, nigro marginatis.

Odontoscelis fuliginosa Burm. Handb. d. Ent. II. 385. 3.
Odontoscelis Amy. Ent. Franç. 50. 25.

α. griseo-nigroque variegata, breviter pubescens; scutello fuliginoso: lituris scutelli 5 nigris tomentosis, postica albo-bifida. Long. 2½ lin.

Cimex fuliginosus Linn. Faun. su. n. 914. Fabr. Ent. syst. IV. 90. 42. Vill. Ent. Linn. 482. 6. Wolf. Icon. Cim. 50. 47. Tab. V. fig. 47. a. b. Fall. Cim. su. 42. 2.
Tetyra fuliginosa Fabr. Syst. Rhyng. 139. 50. Fall. Hem. su. 15. 5. Curtis Brit. Ent. XV. t. 685 (opt.).
Scutellera fuliginosa Latr. Gen. Cr. et ins. III. 114. 4.
Arctocoris fuliginosus Germ. Zeitschr. I. 1. 47. 1.

β. nigricans, linea pronoti scutellumque percurrente lineolisque duabus scutelli baseos albis rectis. Long. 3½—4 lin.

Ursocoris fuliginosus Hahn. Wanz. II. 49. Tab. XLVI. fig. 142.

γ. nigricans, linea pronoti scutellumque percurrente vittisque duabus scutelli abbreviatis flavescentibus. Long. 4 lin.

Tetyra fuliginosa Herr. Schaeff. in Panz. Faun. ger. cont. 112. 14.
Tetyra dorsalis Fabr. Syst. Rhyng. 139. 54.
Ursocoris dorsalis Hahn. Wanz. II. 50. Tab. XLVI. fig. 144!

δ. nigricans, scutello lineolis duabus baseos, punctoque apicis albis. Long. 4 lin.

Tetyra litura Fabr. Syst. Rhyng. 139. 51. Schaeff. Ins. rat. Tab. XI. fig. 10. 11. Vill. Ent. Linn. 483. 9. Tab. III. fig. 17.
Ursocoris litura Hahn. Wanz. II. 49. Tab. XLVI. fig. 143!

ε. nigra, unicolor, scutelli lituris duabus obsoletis atris: Germ. Zeitschr. l. c. 48. e.

Habitat in arvis siccis *α* et *β* Lithuaniae meridionalis, *γ*, *δ* et *ε* Volhyniae et Podoliae.

Variat multum magnitudine et pictura pronoti scutellique. Normalis formae *α* quae frequentius apud nos ocurrit et *Od. scarabaeoide* paulo major, sexus uterque etiam pictura dissimilis. Hujus corpus crassum, valde con-

vexum, brevissime pubescens, pube tamen erecta laterali evidentiori instructum, impresso-punctatum, supra grisescens nigro-maculatum, subtus nigropiceum. Caput antice rotundatum. Oculi convexi. Antennae obscure ferrugineae. Pronotum inaequale, in medio transversim subfoveolatum. Scutellum pronoti coloris, abdomen operiens, litura utrinque curva, punctis baseos et anali nigris in medio linea alba glabra per pronotum quoque transiens punctumque scutelli anale dissecans. Pictura haec in mare distinctior est quam in foemina. — In individuis recentibus et bene conservatis ad certum luminis situm in conspectum veniunt lineae albicantes e pube brevissima formatae, longitudinales thoracem et scutellum transeuntes. Caput quoque albo micat: striga media fusca. Lineae pronoti albicantes sex, e quibus duae saltem dorsales scutellum transeunt. Apud foeminas ad basin scutelli adsunt plures maculae nigrae, neque deest rudimentum liturae nigrae in disco, nec punctum albo-bifidum, quod apud mares distinctius conspicitur. Pedes picei tibiis breviter spinulosis subquadriserialibus. Hemielytra alaeformia alba, extus ad basin paulo coriacea.

Forma β praecedente major sed sequente minor. Hujus caput fuscum; pronotum fuscum linea dorsali alba; scutellum fuscum eadem linea divisum, praeterea lineola utrinque alba liturae atrae innata; Corpus fuscum; tibiae pallidae.

Forma γ maxima omnium nigra, scutelli lituris obsoletis luteis distinguitur.

Forma δ magnitudine praecedentis eminet characteribus in diagnosi allatis.

Forma ε magnitudine praecedentis, minus pubescens, concolor, differt lineolis pallidis obliteratis, scutello nigro, in quo liturae duae sericeo-atrae obsoletae.

21. **Od. carbonaria** * (Zetterst.); nigricans, punctata, pubescens, scutelli postico macula utrinque oblonga, punctoque in medio majori linea fusca diviso, aterrimis. Zetterst. Act. Holm. 1819. p. 70.

Tetyra carbonaria Zett. Fall. Hem. su. 13. 3.

Habitat in agris siccis lapidosis Lithuaniae rarius.

Odontoscelide fuliginosa α multo major s. *Cydno bicolore* vix minor. Corpus griseo-nigricans, supra breviter nigro-villosum. Caput triangulare rudimento linearum frontalium. Pronotum convexum punctulatum, utrinque ad latera impressum. Scutellum totum abdomen obtegens, punctulatum, maculis 3 holosericeis, media obovata rotunda, lateralibus autem ovato-oblongis apice acutis. Linea praeterea cinerea totum transit scutellum maculamque mediam secat. Hemielytra angustata, brevia, picea: membrana magna, lutea. Pedes nigri, nitidi, paulo pilosi. Tibiae praesertim anteriores breviter spinulosae nec ita evidenter uti in sequente specie. Tarsi ad basin rufi.

Subdivisio Secunda. Caput convexum. Articulus secundus antennarum tertio multo minor. Pronotum sulco transversali nullo, antice rotundato angustatum. Corpus ovale convexum, glabrum, metallice nitens: COREOMELAS Whit. Magaz. of Hist. nat. New Serie 1839. 24. Amy. et Aud. Serv. Hem. 67. 36. — Exoticas species h. d. 14, descripsit Cl. Germar in Zeitschr. I. 1. 1839. 37—41.

22. **Od. scarabaeoides** (Linn.); tota aeneo-nigra, marginibus lateralibus parallelis. Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Cimex scarabaeoides Linn. F. su. 912. Fabr. Ent. Syst. IV. 89. 37. Vill. Ent. Linn. 480. 2. Wolf. Icon. Cim. 4. 4. Tab. I. fig. 4. a. b. (opt.).
Cimex tuberculatus Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 365. 1294. non Fabr.!
Tetyra scarabaeoides Fabr. Syst. Rhyng. 143. 70. Fall. Cim. su. 42. 3. Ejusd. Hem. Su. 14. 3. Herrich Schaeffer in Panz. cont. 112. 13. (bona).
Thyreocoris scarabaeoides Hahn. Wanz. II. 47. Tab. XLV. fig. 141.
Odontoscelis scarabaeoides Burm. Hand. d. Ent. II. 385. 1. Germ. Zeitschr. I. 1. (1839) 38. 3.
Coreomelas scarabaeoides Amy. et Aud. Serv. Hém. 68. 1.
Coreomelas Amy. Ent. Franç. 49. 24.

Habitat in graminosis sub arbustis et in floribus Ranunculorum initio aestatis in Lithuania media et meridionali.

Magnitudo *Coccinellae bipunctatae*. Corpus ellipticum nudum aeneo-nitens, punctulatum. Scutellum maximum abdomen totum obtegens. Margines laterales corporis paralleli. Tibiae distincte spinosae.

Mares foeminibus majores, saepe habent antennas et tarsos rufos.

Gen. VII. THYREOCORIS Herr. Schaeff. Burm. Handb. d. Ent. II. 383. 21. Germ. Zeitschr. I. 1. (1839). 24. 4.

Char. art. Caput minutum, semicirculare. Antennarum articulus secundus brevissimus. Scutellum maximum postice dilatatum. Membrana hemielytrorum 10—14-nervia. Tarsi biarticulati. Corpus subhemisphaericum postice latius.

Char. nat. Caput minutum subsemicirculare, margine anteriore deplanato. Oculi et ocelli normales, sed ocelli oculis et pronoto valde approximati. Antennae 5-articulatae, articulis duobus prioribus nudis, secundo minutissimo, tribus sequentibus oblongis, cylindricis, pilosis. Scutellum totum abdomen obtegens postice latius, medio, apud mares distinctius emarginatum. Hemielytra tota obtecta, coriacea. Membrana margine cornea cum 10—14 nervis parallelis, anterioribus quinque in unum confluentibus. Pedes tenuissime ciliati. Tarsi biarticulati. — Species exoticas h. g. 30 descripsit Cl. Germar l. s. c.

Nota. Inter orbiscutos solum e nostralibus genus *tarsis biarticulatis, antennarum articulo secundo brevissimo* et *forma corporis structuraque scutelli* eminet. Tibiis distincte spinosis pulchrum transitum ad sequentis divisionem primam facit.

23. **Thyr. Globus** (Fabr.); orbiculato-subtrigona, postice latior, aeneo-nigra, nitida, punctata: antennarum basi, abdominis marginibus punctorumque serie utriusque lateris, geniculis rufo-flavescentibus; scutello utrinque ad basin, linea impressa arcuata. Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Cimex Globus Fabr. Ent. Syst. IV. 88. 36. Wolf. Icon. Cim. 3. 3. Tab. I. fig. 3. a. b. (opt). Coqueb. Illustr. Icon. Dec. I. 39. Tab. X. fig. 6.
Tetyra Globus Fabr. Syst. Rhyng. 143. 71.
Cimex scarabaeoides Panz. Faun. germ. 36. 23 (sed color nimis obscurus!). Schellenb. Wanz. 11. Tab. I. fig. 6. c. d. e. (bona) non Fabr. nec Linn.!!
Scutellera Globus Latr. Gen. Cr. et ins. III. 114. 8.
Globocoris Globus Hahn. Wanz II. 41. Tab. XLIV. fig. 137. (opt.).
Thyreocoris Globus Burm. Handb. d. Ent. II. 384. 1. Germ. Zeitschr. I. 1. 25. 1.
Plataspis Globus Hope Catal. 5. 9.
Platycephala Globus Brull. Hist. nat. IX. 404.
Canopus Globus Blanch. Hist. nat. ins. III. 162. 6.
Coptosoma Globus Laporte Hém. 23. Amy. et Aud. Serv. Hém. 65. 1.
Coptosoma Amy. Ent. Fr. 49. 23.

Habitat in arvis sabulosis ad terram et in floribus aestate in Lithuania media passim; rarior.

Tota nigro-aenea, nitida. Abdomen tumidum postice latius cum scutello depressum et quasi truncatum; in medio marginis inferioris scutelli excisura semicircularis apud mares distinctior. Antennarum articuli basi, genua, puncta ad latera abdominis et interdum supra hosce totus margo abdominis, pallidiora, rufo-flavescentia. Mas et foemina similes.

Tribus Secunda. CONISCUTI Amy. et Aud. Serv. Hém. 72.

Char. ess. Scutellum obtuse conicum (parabolicum) aut triangulari-conicum, mediocris magnitudinis scilicet nec apicem abdominis attingens, nec maximam partem hemielytrorum supertegens. Hemielytra introrsum libera, scilicet *clavo* conspicuo. Rostrum modo tenuius basi sua sulco mentali reconditum, modo crassum, omnino liberum.

Sectio Prima. TENUIROSTRES.

Char. sect. Rostrum tenue basi sua sulco mentali reconditum, geniculatum.

Divisio Prima. SPINIPEDES.

Char. divis. Tibiae spinis validis armatae.

Gen. VIII. **CYDNUS** Fabr. Syst. Rhyng. 184. 30. Burm. Handb. d. Ent. II. 374. 16.

Char. art. Caput parvum, orbiculatum, subemarginatum. Scutellum magnum, triangulare. Membrana hemielytrorum nervis paucis obsoletis. Tibiae spinis pluriserialibus validis armatae. Corpus scarabaeiforme, margine nudum aut ciliatum.

Char. nat. Caput parvum, orbiculatum, antice subemarginatum, lobis clypei lateralibus antrorsum productis conniventibus. Antennae crassae 5-articulatae, tribus ultimis articulis pilosis, duobus basilaribus nudis, omnibus plus vel minus oblongis. Oculi et ocelli normales. Rostrum bis geniculatim fractum, vaginae articulo primo sulco mentali abscondito, secundo crassiore longiore, tertio et quarto tenuatis, aequilongis. Pronotum robustum convexum impressione transversa obsoleta, notatum. Scutellum magnum triangulare, ultra medium abdominis extensum, obtusum. Hemielytra ad costam punctato-striata: membrana pellucida, nervis obsoletis subfurcatim divisis. Pedes robusti, praesertim coxae et femora. Tibiae spinis pluriserialibus armatae. Corpus orbiculato-ovatum mediae aut minoris magnitudinis, antice posticeque rotundatum, convexum, impresso punctatum, nudum, pubescens vel margine distincte ciliatum.

Species hujus generis colore saepissime obscuro insignitae multum cum Tetyris ratione vivendi, motu tardo et odore ingrato conveniunt. Periculo imminente Byrrhi ad instar pedes contrahunt, timide paulo exspectant et mox celeriter currere conantur. In physiognomia superficiali tibiisque robustis spinosis plures cum Scarabaeis comparare licet. Incolunt regiones sabulosas, aridasque et modo in terra, modo in plantis praecipue cruciferis, et ad earum radices vitam agunt. — In collectionibus post aliquod tempus species opacae exsudatione oleosa pingui magnum nitorem assumunt, qui disparet statim maceratione illarum in aethere sulphurico.

Subdivisio Prima. Corpus ovale depressiusculum, nudum nec in ambitu ciliatum. Antennarum articulus secundus tertio parum longior. Scutellum apiculatum. Hemielytrorum corium ante membranam introrsum sinuatim repandum. Tibiae anteriores late compressae, spinis extrorsum validissimis armatae: Brachypelta Amy. et Aud. Serv. Hemipt. 89. 57.

24. ***Cyd. tristis*** (Fabr.); niger, pronoto maximo, antice valde retuso, hemielytrorum corio margine postico undulato. Long. $5\frac{1}{2}$—6 lin.

Cimex tristis Fabr. Ent. syst. IV. 124. 172. Panzer Faun. germ. 32. 16 (bona). Schaeff. ins. rat. Tab. LXXXII. fig. 6. Stoll. Punais. Tab. XXXII. fig. 223. Cyrilli Ent. neap. I. Tab. I. fig. 14 (mala). Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 377. 1315. (excluso synon. De Geeri quod ad *Cyd. Morionem* pertinet!)

Cimex spinipes Schrank Faun. austr. 527.
Cydnus tristis Fabr. Syst. Rhyng. 185. 7. Hahn. Wanz. I. 161. Tab. XXV. fig. 83.
Pentatoma tristis Latr. Hist. nat. XII. 198. 46.
Brachypelta tristis Amy. et Aud. Serv. Hém. 90. 1.
Brachypelta Amy. Ent. Fr. 57. 33.

Habitat locis siccis sylvaticis ad terram; passim in Lithuania meridionali; frequentior in Volhynia.

E majoribus est. Capitis clypeus rotundatus, porrectus, corneus, emarginatus. Antennarum articuli cylindrici aequales. Totus niger, nitidus, tenuissime punctulatus. Corpus subtus fusco-piceum aut nigrum. Antennae et pedes nigra. Membrana hemielytrorum sordide alba. Hemielytrorum corium margine postico undulato sed non in linea recta truncato et pronotum antice valde retusum, angulis anterioribus minus rotundatis, hinc quasi subquadrangulare, praeter colorem nigrum antennarum tarsorumque, hanc speciem a *Cydno Morione* optime distinguunt. In *Cyd. Morione*, qui minor, corium hemielytrorum postice recte truncatum, antennarum articulus secundus basi, tarsi et rostrum rufa. Pedes in *Cydn. tristi* insuper longius sunt ciliato-spinosi quam in *Cydno Morione.*

Subdivisio Secunda. Corpus supra convexiusculum, pilosum, vel saltem in ambitu distincte ciliatum.

* *Antennarum articulus tertius sequentibus brevior:*

25. **Cydn. brunneus** (Fabr.); ovalis, nigro-fuscus, pilosus; membrana hemielytrorum albida. Long. $5\frac{1}{2}$ lin.

Cydnus brunneus Fabr. Syst. Rhyng. 185. 5. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 126. 21.

Habitat in Podolia australi, rarior.

Statura et magnitudo omnino *Cyd. tristis* at totus nigro-fuscus s. brunneus et magis planus pronoto haud retuso, sine impressione transversa fossulari in medio. Antennae, tarsi, ocelli et ciliae pilique corporis fusco-flavescentes. Corpus ovatum, nitidum ad margines ferrugineo-fuscum, utrinque paulo angustius. Caput, scutellum et pronotum tenue punctulata; in disco pronoti impressionis loco stria quasi aciculi apice producta. Scutellum versus basin glabrum (linea in ipsa basi carinali impressa), apice acuto. Hemielytra dense punctata, lineis in corio distinctis impressis. Tibiae tenue spinosae.

** *Antennarum articuli secundus, tertius et quartus longitudine aequales, quintus paulo brevior:*

26. **Cydn. pilosus** (Herr. Schff.); quadrato-ovalis, nigrescens, dense pilosus, tarsis pilisque corporis aureo-fuscis. Long. 4 lin.

Cydnus pilosus Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 126. 22. (bona).

Habitat in Podolia.

Facie *Cydni flavicornis*, sed major, magis oblongus praesertim in pronoto, cujus latera parum convergunt, antennarumque structura distinctus.

Totus nigrescens, dense pilosus: capite scutello et hemielytris crebre excavato-punctatis, pronoto minus distincte sed magis perspicue quam in praecedente *Cydn. brunneo.* Scutellum ante apicem subito acuminatum, apice tamen obtuso, marginibus sulco glaberrimo impressis. Corii hemielytrorum interstitia nervorum grosse excavato-punctata. Tibiae robustae: spinis validis. Tarsi et pili corporis aureo-fusci, antennae et genua obscure fusca. Ocelli difficillime propter pilositatem discernuntur.

*** *Antennae submoniliformes, articulis scilicet brevibus incrassatis, secundo tertio breviore:* CYRTOMENUS Amy. et Aud. Serv. Hém. 90. 58.

27. **Cydn. picipes** (Fallen); niger, antennis, pedibus, costa hemielytrorum clypeique margine obscure ferrugineis. Long. 2 lin.

Cydnus picipes Fall. Cim. su. 54. 4. Ejusd. Hem. su. 20. 5. Hahn. Wanz. I. 165. Tab. XXV. fig. 85. (opt.).

Cadruthus Amy. Ent. Fr. 60. 37.

Cim. sin. nom. Perth. in MSS. Ins. Lithu. et Polon. ex Anno 1802. 168. fig. 1. [1]).

Habitat per totam Lithuaniam, campestribus siccis; circa Varsaviam (Perthes).

Similis sequenti s. *Cydno flavicorni*, sed membrana hemielytrorum distinctius albida, clypeus et pronotum rufo-marginata, et clavus corii hemielytrorum niger.

Antennarum articulus ultimus crassior. Antennae et tibiae obscure ferrugineae. Corpus impresso nigro punctulatum, nitidum. Margo hemielytrorum extimus ferrugineus: membrana alba.

Nota. *Cydn. nigrita* Fabr. (Syst. Rhyng. 184. 1. *Scothetus* Amy. Ent. Franç. 59. 36) species mihi dubia est. Clar. BURMEISTER (Handb. d. Ent. II. 376. 10) idem esse putat ac *Cyd. picipes* Fallen! Insectum Fabricii „colore atro, alis albis, pedibus rufis, tibiis serratis" non omnino quadrat in nostram speciem. *Cyd. nigrita* Herr. Schaeff. (in Panz. cont. Faun. germ. 126. 23) qui brunneus est a nostra specie non differt!

---

1) „Voici une Punaise du même charactère et port extérieur que la précedente (*Cyd.* „*flavicornis*), mais plus petite et moins ronde. La tête, corcelet et écusson sont bistre noi-„res. La tête est assez large. Les étuis son brun obscur tirant au roux; la partie trans-„parente des étuis est gris blanche. J'apperçois que le milieu du corcelet est deprimé et „forme un sillon creux transversal, mais il n'arrive pas jusqu'au bord. En dessous tout est „noir hormis les pattes qui sont piceux roux et ils n'ont aucun poil ni épine; il parait que „les tarses sont plus claires. Les antennes à 5 articles de la couleur des pattes." Long. 2 l.

— *Cydnus* apud Hahn (Wanz. II. Tab. XXV. fig. 84) depictus per errorem chalcographi *nigrita* inscriptus ad *Cyd. Morionem* Linn. et Fabr. pertinet, verus autem ejus *C. nigrita* (Wanz. II. 168. Tab. XXVI. fig. 187) simili errore in *Cyd. Morionem* permutatus „totus cum antennis tarsisque niger", modificatio mihi veri *Cyd. Morionis* videtur. — Dubia mea in hac re solvent in posterum autoptae!

28. **Cydn. flavicornis** (Fabr.); fusco-niger, subplanus, punctatus, clavo corii hemielytrorum, pedibus, antennisque ferrugineis; pronoto tibiisque ciliatis. — Long. 2—2¾ lin.

Cimex flavicornis Fabr. Ent. syst. IV. 124. 170. Panz. Faun. germ. 33. 23 (optim!). Wolf Icon. Cim. 66. 63. Tab. VII. fig. 63. a. b. (bona!).

Cydnus flavicornis Fabr. Syst. Rhyng. 184. 2. Hahn. Wanz. I. 170. Tab. XXVI. fig. 89 (opt.).

Cyrtomenus flavicornis Amy. et Aud. Serv. Hém. 91. in nota.

Philammus Amy. Ent. Franç. 60. 38.

Cydnus Morio Perth. MSS. Ins. Lithu. et Polon. ex anno 1802. 167. fig. 4 exacte descriptus [1]).

Habitat in graminosis siccis per totam Lithuaniam et Volhyniam; circa Varsaviam (Perthes!).

Variat in magnitudine multum et colore, sed a praecedente hemielytrorum clavo ferrugineo, pedibusque spinosis statim differt.

Caput paulo declivius, superficie magis inaequali, clypeo margine obscure ferrugineo. Pronotum vix impresso punctatum et hemielytra punctis rarioribus non ita profundis impressa sunt. Pili rufi rigidi frontem marginemque pronoti ciliatim circumdant. Color totius in piceum vergens, et antennae ferrugineae articulis brevibus submoniliformes.

A sequente *Cydn. Morione* statim pilositate, antennarum structura et colore, pedibusque totis ferrugineis abunde differt.

Subdivisio Tertia. Corpus ovale, depressiusculum, impresso-punctatum, margine in ambitu nudum, non ciliatum. Antennarum articuli subaequilongi, tres ultimi crassiores. Tibiae validae serialiter multispinosae: Sehirus Amy. et Aud. Serv. Hém. 96. 63.

* *Corpore concolore plus v. minus nigro immaculato:*

---

1) „Je rapporte ici une Punaise trois fois plus petite (en comparaison de son *Cy. tristis* „qui est veritable Morio), laquelle a quelque chose d'approchant (sic!) a tout égard elle „est plus ronde que l'autre. Tête, corcelet et surtout l'écusson sont noires, mais les étuis „sont *de couleur de poix* et *leur* bord l'éxtérieur et *sourtout l'intérieur*, sont plus clairs „et ont un air de *roux*, ce qui fait, les étuis clos, qu'il parait, *que l'écusson soit bordé de* „*brun roux:* la partie transparente est gris blanche. En dessus l'insecte est noir, mais „nuance comme le corcelet, en dessous a la couleur de *poix*. Les pattes sont moins noires „et toutes de couleur *piceux-clair* (sic). Les cuisses ont du *poil* mais *les tibes* sont garnis „des fortes épines. Mais une distinction particulière *se voit au bord de partout est un poil* „*rangé* en *cette partie*, quoique la poitrine et l'abdomen sont tisses. Les antennes sont à „5 articulations *de couleur de poix clair et ils sont courtes* et *comme perlés!* (scil. monili-„formes)." — Long. 2½ lin.

29. **Cydn. Morio** (Linn.); ater, immaculatus, antennis basi tarsisque ferrugineis; corio hemielytrorum postice in linea recta truncato: membrana fusca. Long. 4—5 lin.

Cimex Morio Linn. Faun. su. 932. Fabr. Ent. syst. IV. 124. 171. Schaeff. ins. rat. Tab. LVII. fig. 11. et Tab. LXXII. fig. 6. Stoll. Punais. Tab. XXXII. fig. 223. Sulzer Hist. ins. Tab. XI. fig. 77. Panz. Faun. germ. 52. 15 (opt.). Wolf. Icon. Cim. 67. 64. Tab. VII. fig. 64. a. b. Vill. Ent. Linn. 498. 60.

Cimex spinipes De Geer Mém. III. 269. 13.

Cydnus Morio Fabr. Syst. Rhyng. 184. 3. Hahn. Wanz. I. 163. Tab. XXV. fig. 84 (per errorem: *C. nigrita!*). Fall. Cim. su. 52. 1. Ejusd. Hem. su. 18. 1.

Pentatoma Morio Tigny Hist. nat. ins. IV. 298.

Sehirus Morio Amy. et Aud. Serv. Hém. 96. 1.

Cydnus Amy. Ent. Fr. 58. 34.

Habitat sub lapidibus in agris arenosis et plantas ibidem crescentes ascendit; per Lithuaniam mediam et meridionalem frequens. In hortis culinaribus ad radices plantarum cruciferarum, saepe occurrit.

Caput antice vix emarginatum, lobis clypei lateralibus supra medium conniventibus. Articulus *secundus* antennarum *totus, tarsi* et *rostrum ferruginea.* Sulcus transversus pronoti conspicuus. Corium hemielytrorum in linea recta oblique truncatum; membrana fusca; alae albae. — Corpus ovato-dilatatum, obscure nigrum, nitidum, supra confertim impresso-punctatum, immaculatum. Tibiae anteriores quadrifariam spinis longis validis praesertim interne armatae, apice dilatatae, truncatae, reliquae brevius sed distincte spinosae.

30. **Cydn. affinis** (Herr. Schaeff.); niger, nitidus, profunde punctatus, antennarum gracilium articulo secundo toto primo apice reliquis basi tarsisque ferrugineis; pronoti margine postico medio truncato, versus latera antrorsum fracto; scutello late acuminato, hemielytrorum corio in linea recta truncato. Long. 4 lin.

Cydnus affinis Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. ger. 114. 8. ♂. Ejusd. Wanz. III. 11. Tab. LXXVII. fig. 237.

Habitat cum praecedente, cujus forsan mera varietas est. In magnitudine medium tenet inter *Cydn. tristem* et *Cydn. Morionem.* A primo non magnitudine sed corio hemielytrorum recte truncato et pronoto sparsim impresso punctato differt, quod antice in medio laeve versus latera antrorsum fractum, duplici impressione transversa limitatum. A *Cydno Morione* habitu angustiore, gracilioribus antennis, corpore grosse impresso punctato et pronoto postico utrinque ad latera magis antice abrupto.

Nota. *Cydnus ovatus* Herr. Schaeff. Wanz. V. Tab. CLXXVII. fig. 545. hujus modificatio videtur.

31. **Cydn. nanus** (Herr. Schaeff.); niger, subopacus; antennis fuscis: pronoto impressione media transversa; scutello apice subfoveolato; hemielytris brunneis. Long. 2 lin.

Cydnus nanus Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 126. 24.

Habitat in Podolia australi.

Similis *C. albo-marginato* sed minor, angustior et magis depressus, punctis confertissimis impressis notatus, opacus. Caput leviter convexum, clypeo vix emarginato. Pronotum fusco tenue marginatum, impressione transversa fossulisque tribus longitudinalibus in margine posteriore. Scutellum apice acutum, marginibus sulco impressis.

** *Corpore nigro, nigro-aeneo v. coerulescente plus vel minus albo marginato, aut maculis albidis picto.*

32. **Cydn. dubius** (Scopol.); coerulescens, margine pronoti elytrorumque albo, abdominis albo-guttato. Long. $3\frac{3}{4}$ lin.

Cimex dubius Scopol. Ent. carn. 121. 355! Wolf. Icon. cim. 64. 61. Tab. VII. fig. 61. a. b. (bona). Curt. Brit. ent. II. t. 74 (optima).

Cydnus dubius Hahn. Wanz. I. 191. Tab. XXXI. fig. 98.

Cimex albo-marginatus Schrank. ins. austr. (1781). 275. Vill. Ent. Linn. 504. 79. Tab. III. fig. 1.!

Cimex albo-marginellus Fabr. Ent. syst. IV. 123. 167. sec. Jlliger in Rossi Faun. etr. II. 1315. (contradicente tamen in diagnosi Fabriciana: *scutelli apice albo*) Schaeff. ins. rat. Tab. LVII. fig. 11.

Cydnus albo-marginatus Fall. Hem. su. 19. 4.

Cydnus albo-marginellus Burm. Handb. d. Ent. II. 374. 2.

Sehirus albo-marginellus Amy. et Aud. Serv. Hem. 97. 2.

Sehirus Amy. Ent. Fr. 63. 41.

Habitat in Lithuaniae etiam borealis agris quiescentibus. Circa Vilnam 1801. primus detexit div. Perthes.

Colore *Asopo coeruleo*, statura et magnitudine *Cydn. bicolori* similis! Caput, pronotum et totum corpus obscure coerulea supra subtiliter impresso-punctata, immaculata, nitida. Pronotum transverse impressum margine extimo albo. Margo hemielytrorum albus sed margo abdominis guttatim albo-maculatus. Membrana hemielytrorum valde pellucida. Antennae et pedes concolores, nigro-coerulea. Tibiae spinosae.

Nota. Saepe color metallicus in pronoto et scutello in viridem vergit, et color albus in vivo insecto in flavescentem, sed nunquam vidi scutellum apice albo, quare synonyma Fabriciana ad fidem aliorum allegavi.

33. **Cydn. albo-marginatus** (Fabr.); fusco-niger; hemielytrorum margine laterali albido. Long. 2 lin.

Cimex albo-marginatus Fabr. Ent. syst. IV. 123. 168. Ejusd. Syst. Rhyng. 179. 121. Panz. Faun. germ. 33. 22. (bona). Wolf Icon. Cim. 65. 62. Tab. VII. fig. 62. a. b. (opt.).
Cydnus albo-marginatus Hahn. Wanz. I. 167. Tab. XXVI. fig. 86. Burm. Handb. d. Ent. II. 375. 4.
Sehirus albo-marginatus Am. et Aud. Serv. Hém. 97. 4.
Hemizonus Amy. Ent. Fr. 63. 42.

Habitat in agris et in hortis Lithuaniae passim.

Militat inter *Cydnum dubium* et *C. biguttati* forma *β*.

Praecedente non tantum minor est sed diversus colore fusco-nigro corporis, antennarum et pedum, solo tantum margine hemielytrorum albo-marginato quorum membrana flavescit, sed nunquam fusca est uti in *Cyd. biguttato β*, cujus articulorum in antennis alia est longitudinis ratio.

Subdivisio Quarta. Antennarum articulus secundus tertio multo brevior; reliqui characteres praecedentis subdivisionis **: TRITOMEGAS Amy. et Aud. Serv. Hém. 98. 64.

34. **Cydn. bicolor** (Linn.); subaenescenti niger; pronoti maculis anticis, hemielytrorum lunulis humerali et apicali tibiisque extus ad basin albis; membrana alisque albidis. Long. $2\frac{1}{2}$—3 lin.

Cimex bicolor Linn. Faun. su. 936. De Geer Mém. III. 268. 12. Fabr. Ent. syst. IV. 121. 161. Vill. Ent. Linn. 499. 63. Fabr. Syst. Rhyng. 176. 109. Schaeff. ins. rat. Tab. XLI. fig. 8. 9. Stoll. Punais. 94. Tab. XXXII. fig. 224. Panz. Faun. germ. 32. 11. (bona). Wolf. Icon. cim. 63. 60. Tab. VII. fig. 60. a. b. Schellenb. Wanz. 10. Tab. II. fig. 2. Donov. Brit. ins. IX. Tab. 297. (opt.).
Cydnus bicolor Hahn Wanz. I. 192. Tab. XXXI. fig. 99. Zetterst. ins. lapp. 258. 1.
Pentatoma bicolor Latr. Lepell. et Serv. Encycl. X. 58. 25.
Tritomegas bicolor Amy. et Aud. Serv. Hém. 98. 1.
Tritomegas Amy. Ent. Franç. 64. 43.

Hab. frequens in agris demessis editionibus autumno et sub lapidibus vernali tempore, per totam Lithuaniam.

Magnitudo parum variat. Uterque sexus similiter pictus. Corpus ovatum impresso-punctatum, nigrum, nitidum. Alba sunt: macula pronoti utroque in latere in margine anteriore lunulata, lunulae duae hemielytrorum, quarum anterior major, et maculae simplices supra in margine abdominis. Pedes nigri. Tibiae spinosae extus ad basin late albae. Alae et membrana albida.

35. **Cydn. biguttatus** (Linn.); aeneo-niger, margine laterali undique albo; hemielytris puncto discoidali albo. Long. $1\frac{1}{2}$—2 lin.

α. genuinus; puncto discoidali hemielytrorum distincto:

Cimex biguttatus Linn. Faun. su. 936. Fabr. Ent. Syst. IV. 122. 164. Ejusd. Syst. Rhyng. 178. 116. Villers. Ent. Linn. 499. 62. Panz. Faun. germ. 32. 13. (opt.).

Cydnus biguttatus Fall. Cim. su. 53. 3. Ejusd. Hem. su. 19. 3. Zett. ins. lapp. 258. 1. Hahn Wanz. I. 169. Tab. XXVI. fig. 88 (*eximia*). Burm. Handb. d. Ent. II. 374. 3.
Tritomegas biguttatus Amy. et Aud. Serv. Hém. 98. 2.
Distactus Amy. Ent. Fr. 64. 44.

β. puncto hemielytrorum disci nullo: Fall. Hem. su. 19. 3.

Habitat locis aridis Lithuaniae passim; aestate in floribus pratorum et agrorum quiescentium, praecedente rarior. sed *β* normali forma multo rarior.

Corpus nigrum, nitidum, impresse nigro-punctatum. Margo extimus pronoti utrinque hemielytrorum abdominisque albus. Pronotum in medio transversim impressum. Antennae et pedes nigra. Rostrum et tarsi ferruginea. Tibiae subspinosae. Membrana hemielytrorum nigricans aut fusca. Hemielytra in disco utrinque puncto albo notata. Puncta haec interdum deficiunt dum vivunt, et saepe disparent in exsiccatis, quo incana varietas *β* adeo similis *Cydno albo-marginato* evadit ut non nisi colore membranae hemielytrorum et ratione longitudinis articulorum in antennis, ab illo differt.

Divisio Secunda. NUDIPEDES. Tibiae setulis rigidis ciliatae, aut omnino muticae pilosulae.

* *Tibiae subnudae:*

Gen. IX. SCIOCORIS Fallen Hemipt. su. (1829) 20. Burm. Handb. d. Ent. II. 372. 15.

Char. art. Caput magnum, depressum, dilatatum, parabolicum. Scutellum magnum parabolicum. Membrana hemielytrorum 5—6-nervia. Tibiae setulis rigidis ciliatae. Corpus nudum, subdepressum ellipticum v. postice latius.

Char. nat. Caput magnum, depressum, parabolicum antice integerrimum, lobo medio clypei angusto carinulato longe ante apicem cum lateralibus coalito. Oculi parvi, globulosi, prominentes. Ocelli minuti, vix conspicui, propter caput dilatatum ab oculis remoti, margini anteriori pronoti contigui, a se tamen magis quam ab oculis distantes. Rostrum tenue, pectus extremum attingens quadriarticulatum, articulo vaginae primo sulco mentali recondito, secundo reliquis longiore. Antennae 5-articulatae, articulo tertio secundo breviore. Pronotum convexum capite parum latius, antice late excisum, ad latera marginatum. Scutellum magnum parabolicum $\frac{3}{4}$ longitudine abdominis. Hemielytra basi abdomine latiora, medio abdomine angustiora. Membrana longitudinalis 5—6-nervia, abdominis apicem excedens vel illo brevior. Alae magnitudinis hemielytrorum. Abdomen supra deplanum, subtus parum convexum, acute marginatum. Pedes tenues. Tibiae setulis minutis ciliatae. —

Corpus ellipticum subdepressum, minoris magnitudinis, nudum aut setulis sparsis minutis margine ciliatum, praesertim in pronoto.

A Cydno differt forma corporis sed praesertim capitis pedibusque vix ciliatis non seriatim spinosis!

Subdivisio Prima. Pronotum anguste marginatum. Corpus ellipticum: Sciocoris Amy. et Aud. Serv. Hém. 120. 1.

36. **Sc. umbrina** (Wolf); fusco-grisea, subtiliter nigro-punctata; abdomine margine maculis fuscis geminatis, clypeo oblongo immarginato integro, hemielytris brevibus. Long. 2—$2\frac{2}{5}$ lin.

Cimex umbrinus; ovatus, depressus, umbrinus, capite clypeato, antennis apice nigris Wolf. Icon. Cim. (1804) 141. 136. Tab. XIV. fig. 136 (bona). Panz. Faun. germ. 93. 15. (bona).

Cydnus umbrinus Fall. Cim. su. 54. 5.

Sciocoris umbrinus Fall. Hem. su. 21. 1. Klug in Ehrenb. Symb. Physic. Dec. V (1845). Tab. XLIV. fig. 1. (omnino europaea sed paulo major). Hahn. Wanz. I. 195. Tab. XXXI. fig. 100 (opt.).

Sciocoris umbrina Zetterst. ins. lapp. 258. 1.

Sciocoris europaeus Amy. et Aud. Serv. Hém. 120. 2.

Sciocoris Amy. Ent. Fr. 67. 46. et

Machiacus Amy. Ent. Fr. 68. 47.

Cim. s. n. Perthes MSS. Ins. Lith. et Pol. ex an. 1802. 167. fig. 2 [1]).

Habitat in Lithuania ad ripas arenosas fluminum et margines agrorum passim aestate. Plantas raro ascendit, sed timide inter radices graminum sese latitat, hinc difficilius invenienda.

Statura et magnitudo fere *Pentatomatis ornatae*, sed corpore elliptico et capite magno valde characteristica species, a sequente magnitudine minore,

---

1) „Cette Punaise a dans son extérieur quelque chose qui la distingue, car elle est d'un „oval plus mince vers la tête et ses étuis ne debordent aucunement. En dessus la couleur „est brun clair jaunâtre nat. La tête est large, elle a un rébord et les yeux sont noirs „saillans. Le corcelet n'a point d'épaules, il est entaillé en lunule là où est la tête. L'écus-„son a de chaque coté à sa base un point petit noir et l'extrémité est aussi marquée d'un „point mais bien plus petit que les deux autres. L'abdomen est marqué en dessus par une „teinte plus jaunâtre, offre à chaque séparation d'anneau au bord deux traits noirs par paires „et confuses immédiatement au bord."

„En dessous la punaise est plus claire, on y voit un tant soit peu les marques noires du „bord de la partie d'en haut mais simplement: les stigmates sont noires. La poitrine offre „à l'endroit où se joint l'abdomen une grande tache noire et quelques taches plus pâles en „pointillons noirs à côté de la poitrine et sous le corcelet. Les pattes sont de la couleur „du dessous de l'insecte et on y voit *à la loupe* qu'ils sont garnies des petites épines noires. „Les antennes sont à 5 articulations et les deux extremes sont plus grosses et noires. Je „note encore que la grande tête aplatie offre encore deux très *petites points noirs* (ocelli) „à la jonction avec le corcelet." Long. $2\frac{3}{4}$ lin.

pictura corporis dilutiore et pronoto immarginato parum prominulo, facile dignoscenda. Sexus uterque similis.

Corpus totum subdepressum, oblongum, ovale, antrorsum quidquam angustius, supra: opacum, griseum aut dilute fusco-flavescens, subtiliter punctatum. Puncta minuta, nigra impressa adsunt in capite, pronoto, scutello, corio hemielytrorum et in pectore. Caput latum, scutiforme, rotundato-parabolicum, clypeo scilicet ad latera dilatato immarginato, antice vix emarginatum, pronoto antico parum angustius. Antennae breviusculae 5-articulatae, articulis fuscis basi flavescentibus, duobus extremis subcrassioribus nigris. Oculi protuberantes nigri. Ocelli nigri, occipitales, distantes, pronoto subcontigui. Rostrum griseo-flavum apice fusco. Pronotum latius quam longum, antice lunatim excisum in medio inter angulos humerales rotundatos, non prominentes, transversim obsolete impressum: marginibus lateralibus parum prominulis. Scutellum magnum, parabolicum, ecarinatum; in linea ejus basilari maculae duae rarius quatuor punctiformes nigrae, in angulo utrinque saepe rudimentum calli pallidi, in apice interdum macula nigra punctiformis. obsoleta. Pectus subtus griseo-flavum. Hemielytra, toto in ambitu marginem abdominis non obtegentia; membrana fusca. Alae breves fusculae. Abdomen postice parum latius marginatum supra in medio nigrum, margine griseo aut flavescente, a hemielytris non obtecto, ad juncturas annulorum, concinne maculis angustis, binatis fuscioribus notatum, subtus pallidius, in medio plerumque annulo nigro nitido, vel rarius macula rotundata, nigra integra vel pluribus maculis longitudinalibus et praeterea maculis ad latera pectoris nigris, nitidissimis, instructum. Ostia spiraculorum abdominalium utrinque 5 nigra. Pedes coloris corporis, fusco-punctati. Femora anteriora sub apice: annulo fusco saepe interrupto. Tibiae spinulis minutis nigris ciliatae: anteriores subtus circa medium cum denticulo normali in hac tribu.

Nota. Pupae hujus speciei magis tenues et depressae, ambitus clypei et pronoti latera membranacea setulis minutis ciliata sunt, quae serius decidunt. Apud imagines rite evolutas, membranae hemielytrorum abdominis apicem parum excedunt, apud minus perfectas margine illius posteriore, breviores sunt Inter declaratas frequentior in Lithuania media est varietas annulo ventrali nigro, qui praesertim marem designat, membranisque hemielytrorum brevioribus.

Subdivisio Secunda. Pronotum margine alatum. Corpus ellipticum: DORYDERES Spinol. et Am. et Aud. Serv. Hém. 121. 88.

37. **Scioc. marginata** * (Fabr.); supra fusco-flavescens, subtus pallida, macula ventris basali nigra; pronoti margine alato scutellique apice pallidis. Long. 3 lin.

Cimex umbraculatus Wolf. Icon. Cim. 102. 96. Tab. X. fig. 96. a. b.
Cimex marginatus Fabr. Ent. syst. Suppl. 532. 99.

Acanthia umbraculata Fabr. Ent. Syst. IV. 75. 31.
Acanthia umbraculosa Panz.! in Faun. ger. 33. 14.
Edessa marginata Fabr. Syst. Rhyng. 154. 43.
Pentatoma Aparines Léon Duf. Réch. Hém. 31.
Sciocoris marginatus Burm. Handb. d. Ent. II. 373. 5.
Doryderes marginatus Spinol. Hém. 311. Amy. et Aud. Serv. Hém. 122. 1.
Doryderes Amy. Ent. Fr. 68. 48.

Habitat in agris Volhyniae et Podoliae praesertim supra *Galium Aparine*, cujus fructuum succo victitat.

Praecedente major. Corpus supra fusco- aut ferrugineo-flavescens, impresso nigro-punctatum. Caput scutiforme praecedentis, clypeo latius membranaceo. Antennae basi pallidae, apice pallido nigroque variae. Pronoti margines utrinque marginati, antrorsum in laminam transparentem maculam quasi albidam, postice rotundatam formante, dilatati. Scutellum ferrugineum apice flavescens. Margo abdominis prominens, complanatus albido- v. flavo-maculatus. Membrana hemielytrorum nigricanti-cuprea, nervis ramosis. Venter pallidus, macula magna discoidali nigra versus basin, apud foeminas postice quadriloba. Pedes pallidi punctis nigris irrorati.

Subdivisio Tertia. Pronotum anguste marginatum. Corpus postice latius:
DISCOCEPHALA Laporte Herr. Schaeff. Wanz. VII. 38.

38. **Scioc. lusitanica** * (Herr. Schff.); fusca, subnitida, ovata, subconvexa, capite pronoti latitudine. Long. $4\frac{1}{2}$ lin.

Halys lusitanica Herr. Schff. in Panz. Cont. Faun. germ. 114. 7. ♀ (bona).

Habitat in Podolia australi.

Corpore ovato postice latiore, subnitido, fusco, obsoletissime punctulato, capiteque lato convexo maximo abunde ab utrisque praecedentibus differt. Pedes nudi.

** *Tibiae breviter pilosulae v. pubescentes:*

Gen. X. PENTATOMA Latr. Gen. Cr. et Ins. IV. 115. 361.

Char. art. Caput parvum. Antennae infra marginem clypei insertae, articulo primo marginem clypei non excedente. Rostrum tenue, basi sulco mentali reconditum. Carina rapheos sternalis, normalis angusta. Scutellum parabolicum aut conico-triangulare. Abdomen subtus (excepta Nezara) rotundato-convexum. Tarsi triarticulati — *Insertio antennarum, forma rapheos sterni et scutelli nec non tarsi triarticulati, genus hoc a sequente distinguunt.*

Char. nat. Caput parvum triangulare v. quadrangulare insertum, sulcis

duobus frontalibus longitudinalibus instructum, antice integrum (truncatum v. rotundatum) aut emarginatum secundum conditionem loborum clypei, qui modo omnes contigui et fastigiati sunt, modo laterales soluti apice liberi aut supra medium breviorem conniventes. Oculi angulo commissurae inter occiput et pronotum lateraliter inserti, parvi, convexi sessiles. Ocelli duo distantes, occipitales. Antennae infra marginem clypei ante cantum inferiorem oculorum insertae 5-articulatae, articulo primo brevissimo, saltem marginem clypei non excedente, secundo et tertio in longitudine variis, quarto et quinto crassioribus cylindricis aut trigono-prismaticis, pubescenti-pilosulis. Rostrum tenue, thorace longius, pedes posteriores attingens, supra raphem sternalem in quiete extensum, 4-articulatum, articulo vaginae primo sulco mentali recondito, secundo reliquis longiore. *Pronotum*, antice angustius ad recipiendum caput late lunatim excisum, interdum cum capite in triangulum extensum (Aelia), postice latius recte truncatum, antrorsum declive, marginibus lateralibus subrectis, angulis humeralibus distinctis, posticis obliteratis, hinc *trapezoidale*, oblongum vel transversum. In area pronoti antici litura transversa discolor in medio interrupta (ordinaria); pronotum posticum supra convexum impressione transversali nulla. Scutellum sat magnum dimidium longitudinis abdominis excedens, modo conicum (lineis lateralibus non inflexis) apice obtusissimo (parabolicum a nobis dictum) modo triangulari-conicum, scilicet infra vel supra medium longitudinis, in apicem conicum obtusum e basi triangulari subito attenuatum. Raphe sternalis inter coxas pedum anteriorum parum prominula, jugaeformis, carinulata, sed nunquam in laminam cristaeformem extensa. — Hemielytra nec in basi nec in *clavo* a scutello obtecta, latitudine abdominis aut solo margine ejus angustiora: membrana nervis 4—8 parallelis, simplicibus vel uno alterove furcatim diviso. Abdomen subtus convexum (exclusa Nezara, cujus propter latera declivia medio in carinam longitudinalem retracta, carinatum est), marginatum: margine horizontali integerrimo aut (propter segmentorum angulos prominentes) subserrato (in Rhaphigastro), saepius perspicue extra hemielytra prominente, annulo ventrali secundo inermi aut subito in spinam variae longitudinis inter pedes excurrentem, protenso. — Pedes mediocres, normales. Femora mutica. Tibiae hirsutulo-pilosae aut pubescentes, prismaticae, rectae *anteriores duae introrsum infra medium aculeo dentiformi instructae.* Tarsi concinne triarticulati, articulo primo et tertio subaequalibus, secundo minore. Ungues simplices. Pulvilli membranacei. — Corpus majoris (6 et ultr. lin. long.), mediae (4 et ultr. lin.), aut minoris (2 et ultr. lin. long.) magnitudinis, oblongum, ovale aut subrotundum, dilatatum licet contractum crassiusculum apud omnes supra impresso-punctatum, nudum, glaberrimum (exceptis: *Pentatomate lunata* et *Baccarum*, quae antice saltem pilosa sunt).

Omnes Pentatomates victitant vegetabilium succo in quibus tam larvae, quam imagines versantur, rarissimae tantum quasi carnisugae nutrimentum in larvis aliorum insectorum mortuis, quaerunt. Odore omnes fere distinguuntur fortissimo, modo foetidissimo, modo ingrati saepe odori plantarum e quibus nutriuntur, haud absimili. Ostium excretorium bursae odoriferae in metanoto sub forma rimae marginatae, transverse obliquae, perspicuum.

Quamquam characteres mox fusius enarrati, omnibus speciebus Heteropterorum ad genus hoc a nobis relatis omnino conveniunt, attamen singularum subdivisionum a nobis admissarum quaedam proprios sibi agnoscunt, haud tamen me judice ad genera multiplicanda aut nova creanda sufficiunt. Sic Eusarcorides nostrae inter Longiscutos excellunt scutello parabolico, corpore parvo (rarius mediae magnitudinis) contracto, habitu corpuloso, abdomine immarginato toto in ambitu a hemielytris obtecto et hisce characteribus a veris Pentatomidibus differunt. Inter Eusarcores denuo *Aeliae* eminent capite glirino triangulariter porrecto basi latitudine pronoti et praesterno in laminam producto (quod jam in *Pachycori, Tetyris* subdivisionis primae, *Trigonosomatibus* subdiv. tertiae et *Phimoderis* inter Orbiscutos adnotavimus), cujus rudimentum sub lobulorum forma prostat in proxima specie subdivisionis secundae. Species subdiv. tertiae capite leporino et corpore ovali, subdivisionis quartae capite oblongo quadrangulari emarginato, corpore abbreviato, hinc inde cupreo tincto, subdivisionis quintae eodem capite sed integerrimo et abdomine conico acuto apud foeminas a se invicem discernuntur. Porro inter Pentatomides veras in *Tropicoride* et *Nezara* segmentum ventrale secundum jam in tuberculum elevatur, quod in *Raphigastro* spinae longioris formam induit. *Nezara*, ab omnibus differt abdomine subtus in carinam retracto, et hoc solo charactere ad sequens genus Acanthosoma, transitum facit.

Non minor diversitas et quo ad odorem in variis subdivisionibus nostris observatur. Sic *Raphigastres* inter foetidissimos primum locum tenent; *Nezara, Tropicoris, Mormideae* et *Pentatomae* subdiv. septimae, aeque forti ingrato odore distinguuntur, qui in *Eurydemate* vix perspicuus, in *Aeliis* fere aromaticus evadit.

Sectio Prima. EUSARCORIDES *.

Char. ess. Scutellum parabolicum; abdomen totum a hemielytris obtectum, non marginatum:

A. Abdomen apud foeminas postice acuto-conicum . . . Subdivis. 5.

AA. Abdomen in utroque sexu postice non acuminatum:

B. Caput fronte plana, clypei lobis fastigiatis: Mares . . Subdivis. 5.

BB. Caput fronte arcuata aut convexa:
C. Lamina praesterni conspicua:
D. Lamina praesterni completa; caput antice emarginatum, clypeus arcuatim deflexus; corpus nudum . . . . . . Subdivis. 1.
DD. Lamina praesterni ad lobulum parvum reducta; caput antice integerrimum; corpus pilosulum . . . . . . Subdivis. 2.
CC. Lamina praesterni nulla, caput antice emarginatum:
E. Lobi laterales clypei aequilati, corpus abbreviato-rotundatum, pronoti humeri saepe auriculatim porrecti . . Subdivis. 4.
EE. Lobi laterales clypei arcuatim deflexi in apicem contracti; corpus ovale . . . . Subdivis. 3.

Sectio Secunda. PENTATOMIDES GENUINAE. *

Char. ess. Scutellum triangulare conico-acuminatum. Margo abdominis costam hemielytrorum excedens, horizontalis, tenuatus:
A. Venter subtus carinatus, caput antice integerrimum . . Subdivis. 11.
AA. Venter subtus convexo-rotundatus:
B. Spina ventralis ex annulo secundo enata conspicua inter pedes antrorsum porrecta; abdomen margine serrato; caput antice integerrimum . . . . Subdivis. 10.
BB. Spina ventralis inconspicua vel nulla; abdomen margine non serrato:
C. Pronotum auriculatum scil. angulis humeralibus porrectis:
D. Spinae ventralis rudimentum absconditum; caput antice emarginatum; lobi clypei laterales supra medium conniventes Subdivis. 9.
DD. Spinae ventralis rudimentum nullum; caput antice subintegrum; lobi clypei fastigiati, sed laterales apice liberi non conniventes Subdivis. 8.
CC. Pronotum non auriculatum, scilicet angulis humeralibus rotundatis, retractis:
E. Corpus pictum. Lobi clypei laterales margine exteriore inflexo et supra marginato . . . . Subdivis. 6.
EE. Corpus non pictum. Lobi clypei laterales margine exteriore non inflexi, nec supra marginati . . . . . Subdivis. 7.

Subdivisio Prima. Caput cum thorace antrorsum cuneatim angustatum, fronte leviter arcuata. Lobus medius clypei acutus, lateralibus in apicem incisum ante rostri insertionem deflexum, brevior. Antennarum articulus secundus et tertius apud mares subaequilongi, apud foeminas secundus tertio brevior. Praesternum *antice toto in margine in laminam* rotunda-

tam productum. Pronotum basi latitudine abdominis. Scutellum magnum parabolicum. Corpus glaberrimum. Abdomen oblongum, ano in utroque sexu truncato. Aelia Fabr. Am. et Aud. Serv. Hem. 133. 96.

39. **Pent. acuminata** (Linn.); flavescenti-exalbida, supra fusco longitrorsum lineata; fascia fusca dorsi medium percurrente linea subalbida divisa; abdomine margine immaculato; ostiis spiraculorum nigris; antennarum articulis ultimis sanguineis. Long. $3\frac{3}{4}$—5 lin.

Cimex acuminatus Linn. Faun. su. n. 939. Fabr. Ent. syst. IV. 126. 179. Vill. Ent. linn. 503. 73. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 378. 1316. Schaeff. Ins. rat. Tab. XLII. fig. 11. Panz. Faun. germ. 32. 17. Wolf. Icon. Cim. 19. 19. Tab. II. fig. 19. Burmeist. Hand. d. Ent. II. 366. 8. Donov. Brit. ins. IV. t. 118. fig. II.

Cimex rostratus (La Punaise à museau de rat.) De Geer. Mém. III. 271. 16. Tab. XIV. fig. 12. 13. Stoll Punais. 62. Tab. XV. fig. 102.

Cimex tessarophthalmus Schrank Enum. I. 536.

Pentatoma acuminatum Latr. Gen. Cr. et ins. III. 115. 1.

Pentatoma acuminata Boit. Man. enc. 52.

Aelia acuminata Fabr. Syst. Rhyng. 189. 6. Fall. Cim. su. 51. 1. Ejusd. Hém. suec. 34. 1. Zetterst. ins. lapp. 259. 1. Hahn Wanz. I. 120. Tab. XIX. fig. 63. Curtis Brit. ent. XV. t. 704 (opt.). Am. et Aud. Serv. Hém. 134. 1. Labr. et Imhof. Schweiz. ins. Bändch. III. (bona).

Aelia Amy. Ent. Franç. 79. 63.

Habitat in pratis, graminosis hortorum, sylvarum et fruticetorum totius Lithuaniae ubi aestate excipulo frequenter capitur. Odorem aromaticum spirat.

Facie, pictura dorsi et praesterno laminato *Pachycoridem* refert: ab omnibus autem hujus generis speciebus praeter hos characteres adhuc pronoto antico et segmento anali in utroque sexu, truncatis, capiteque triangulari longius sensim sensimque in apicem deflexum producto, abunde differt.

Corpus glaberrimum, nitidum, *ovali oblongum antice acuminatum, postice truncatum* in vivo dilute flavescens v. flavescenti-exalbidum. Magnitudine variat aeque ac colore fasciarum qui a punctis impressis flavis aut fuscis magis minusve confertis pendet. Fascia distinctissima fusca in medio longitudinis dorsi dilatata, extrorsum utrinque angustata, antice lobum clypei medium, postice apicem scutelli attingens, linea carinulata pallida v. alba longitrorsum in duas partes divisa est. Strigae aliae fuscae uti: laterales capitis ante singulum oculum una, introrsum marginum lateralium pronoti et ad angulos baseos scutelli sitae, etiam constantes sunt, sed cum aetate insecti obliterantur aut evanescunt.

Caput parum declive, rostratum, antice emarginatum glirino simile, fronte leviter arcuata; lobi clypei laterales abrupte in apices oblongos, rotundatos, supra medium longe conniventes producti. Oculi inter marginem carinalem clypei et marginem extremum pallidum pronoti siti, globosi, fusci, basi flavo

annulati. Ocelli distantes occipitales. Antennae longe sub capite insertae, basi a lamina praesterni non obtectae. Articuli antennarum duo vel tres extremi, *sanguinei*, alii pallide testacei; articulus secundus tertio apud foeminas brevior, apud mares illo aequalis vel paulo longior, constanter a me visus fuit. Pronotum non declive, convexum, ante medium strictura transversa obsoleta notatum, basi latitudine hemielytrorum, latius quam longius: anguli humerales exacte rotundati, demissi. In fascia pronoti fusca a latere lineae mediae albidae utrinque, loco liturae ordinariae, fossula obliqua impressa, infuscata. Lineae laterales pronoti et costae hemielytrorum albidae. Praesterni lamina uti totum pectus pallidum, fusco punctata. Hemielytrorum corium flavescens aut testaceum interdum fusco-maculatum: ex angulo ejus humerali, prodeunt duo nervi recti, exterior simplex, carinatim prominulus, interior ante apicem in furcam divisus. Membrana hemielytrorum tenuis, alba, pellucida, nervis circiter septem, nonnullis dichotomis. Abdomen ab hemielytris ex toto obtectum, supra nigrum, margine flavo aut pallido *immaculato*, subtus *convexum* testaceo flavescens; ostia spiraculorum abdominalium utrinque 5 puncto nigro distincta. Segmentum ultimum in utroque sexu *anum truncatum* apud mares ex una, apud foeminas e 5 valvulis conflatum, format. Pedes pallidi obsolete fusco-punctulati, vel fere saepius omnino impunctati. Tibiae anteriores in medio postice mere omnium sequentium specierum hujus generis denticulo armatae. — Apex clypei margine et valvulae anales sub vitro pilos minutos ostendunt.

Adnotatio. *Aelia Klugii* Hahn. (Wanz. I. 122. Tab. XIX. fig. 64) hujus forma minor (3 lin. longa) fasciis dorsalibus distinctioribus magis coloratis, antennarumque tribus extremis articulis fuscis, frequenter in Volhynia et Podolia occurrit. — Majora pallide colorata specimina in collectionibus germanicis pro *Aelia acuminata*, minora magis colorata pro *Ae. Klugii* determinata vidi.

Subdivisio Secunda. Caput *triangulare*, *arcuatum* antice attenuatum apice *obtusum*, *integerrimum;* frons leviter convexa; lobi clypei *fastigiati*, laterales extus immarginati, margine sensim inflexo. Antennarum articulus secundus (apud foeminas quas vidi) tertio paulo brevior. *Praesternum introrsum lobulo lamellato appendiculatum.* Pronotum fere latitudine abdominis: anguli humerales rotundati non porrecti. Scutellum parabolicum. Abdomen subtus modice convexum, postice rotundatum. — Corpus mediae magnitudinis, *capite*, *pectore*, *abdomine subtus antennis*, *pedibusque pilosulis.*

40. **Pent. lunata** (Hahn); ovalis, pilosula, dilute fusca, nitida; scutelli callis angularibus lunulaque apicali flavescentibus; abdomine margine flavo

nigroque vario: maculis quadratis; ostiis spiraculorum puncto nigro distinctis *. Long. $3\frac{1}{2}$ lin.

Eusarcoris lunatus Hahn. Wanz. II. 127. Tab. LXX. fig. 208.
Pentatoma impressum Herr. Schaeff. in Panz. cont. F. ger. 115. 10. ♀.
Cimex lobulatus Rambur! sec. origin. spec. auct. in Mus. berol.!

Habitat in campis et ad oras sylvarum Podoliae australis.

Species distinctissima, et ab omnibus praecedentibus forma capitis et pilositate quam maxime diversa, et hoc solo charactere cum *Pent. Baccarum* inter nostrates comparari potest.

Corpus nitidum, undique impresso nigro-punctatum. Puncta impressa haud profunda, in pronoto spatia irregularia nuda flavescentia distinguunt, in ventre minutissima irregulariter conferta, in maculas quasi confluunt. *Pedes toti, venter, caput, antennae et pronotum anticum ex parte, pilis sparsis erectis, albidis, laevibus, obsita.*

Caput majusculum *arcuato-deflexum, antrorsum sensim angustatum, apice integerrimum,* usque ad oculos excisurae pronoti immersum, *triangulari parabolicum,* lobis clypei omnibus fastigiatis, medio lineari, lateralibus sursum attenuatis et extus parum arcuato-inflexis, sed neque extus, neque supra marginatis. Antennarum articulus secundus tertio parum brevior (in ♀ a me visis); articuli v. omnes concolores, v. duo aut tres ultimi fusculi basi dilutiores. Oculi fusci, annulo pallido cincti. Ocelli occipitales valde distantes. Rostrum pedes posticos attingens: vaginae art. secundus longissimus, extremi duo aequilongi, terminalis niger. *Praesternum circa pedes anticos lobulo membranaceo acutum.* Pronotum leviter convexum; liturae transversae ordinariae haud distinctae; margines laterales et spatia libera inter puncta impressa flavescunt; anguli humerales rotundati vix basin hemielytrorum excedentes. Scutellum parabolicum abdomine $\frac{1}{3}$ brevius, in angulis basilaribus *callo flavescente instructum, apice lunula ejusdem* coloris terminatum. Hemielytra colore scutelli, abdomen obtegentia; margo costalis basi flavescit; *membrana alba in angulo interno infuscata*, circiter 7-nervia, nervo uno alterove furcato. Caput et praesertim pronotum, scutellum et hemielytra concolora dilute fusca, sub lente praesertim characteristicas maculas, punctaque obscura vage spatiis denudatis interstincta, ostendunt. Abdomen supra nigrum, *margine maculis quadrangularibus flavis nigrisque* variegato. Corpus subtus pallidius, testaceo-fusculum, nigro impresso-punctulatum. Abdomen modice convexum exacte elliptico-rotundatum, latitudine hemielytrorum. *Ostia spiraculorum pectoralium* et *abdominalium distincte nigra; haec* utrinque 5, in singulo segmento maculis *marginalibus diagonaliter opposita.* Pedes magis pallidi, pilosi, sparsim fusco punctatim maculati, praesertim femora quae subtus apicem versus maculis majoribus confluentibus et annulos interruptos for-

mantibus instructa sunt. Tibiae subtus more generis in medio spinulam minutam gerunt. Tarsi pallidi triarticulati.

Segmentum anale foemineum ultimo ventrali immersum, valvularum numero et structura ab aliis Pentatomis non differt.

Mares hujus speciei mihi ignoti sunt.

Adnotationes. De Synonymia hujus speciei certissimus sum. Figura Schaefferiana *Pentatomi impressi* quod hic spectat, haud bene colorata, insectum in capite nudum repraesentat, sed a *Pentatoma lunata* Hahnii minime differt uti docet specimen archetypum in museo berolinensi asservatum.

Hanc speciem a cl. Germar sub nomine *Cim. binotatus*, communicatam habui.

Subdivisio Tertia. Caput fronte valde convexa; clypeo apice fisso supra basin rostri arcuatim *deflexo:* lobi clypei laterales extrorsum marginati sursum *retracti, acuti,* supra medii apicem dehiscentes aut conniventes. Antennarum articuli secundus et tertius apud foeminas saepius aequilongi, apud mares tertius secundo brevior. Pronotum basi latitudine abdominis. Scutellum magnum parabolicum. Corpus glaberrimum minoris magnitudinis vel minutum, *ovale*, nunquam postice attenuatum. *Eusarcoris* Herr. Schaeff. Wanz. VII. 85.

41. **Pent. intermedia** (Wolf); ovalis; testaceo-fusca v. grisea pallide marginata; clypeo arcuatim deflexo apice fisso; capite et pronoto antico cupreo infuscatis; scutelli lunula apicali albida; abdomine margine extremo maculato; hemielytrorum membranae angulo interno infuscato*. Long. 3 lin.

Cimex intermedius; griseus, capite thoraceque antice nigro-aeneis, scutello apice albido Wolf. Icon. Cim. 182. 181. Tab. XVIII. fig. 181.

Eusarcoris intermedius; flavescenti-fusca, punctata; capitis clypeo parum deflexo; capite pronotoque antice late nigro-infuscatis vix cupreo-nitidis; scutello utrinque in angulo callo albo, ad apicem tenui lunula alba instructo Hahn. Wanz. II. 128. Tab. LXX. fig. 209. ♀. (apex capitis non expressus!).

Pentatoma lunatum Linz in collect. Sturm; brevius ovatum, thoracis angulis subacutis vix prominulis, griseum aut fusco-brunneum dense nigro impresso-punctatum, corporis elytrorum et thoracis marginibus externis, scutelli apice interdum etiam macula in utroque angulo basali pallidis; abdominis margine nigro-maculato; capite bifido et macula magna in angulis anticis thoracis obscure aeneis. Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 115. 11. non Hahn!

Acroschizus Amy. Ent. Franç. 75. 56.

Cimex melanocephalus Perthes in MSS. Ins. Lithu. et Polon. ex Anno 1802. 166. 1067 [1]).

---

1) „Cette éspèce à la première vue ressemble au Cim. perlatus (MSS. 765. 1068), „mais celle-ci *n'a point des ailerons au corcelet,* ni les deux taches jaunes à l'écusson. La

Habitat locis sylvaticis editioribus Volhyniae et circa Varsoviam (Perthes).

Species haec uti jam adnotavit *Wolf* „omnino media inter *P. melanocephalam* et *P. perlatam sed utrisque* major“ adeo distincta est ut non tantum cum duabus praecedentibus sed et cum duabus sequentibus non facile confundi potest. A duabus praecedentibus differt alio habitu, a sequente duplo majore magnitudine et alia pictura corporis, a *P. lunata* capite glabro aliter constructo, colore cupreo-nigro nitente in capite et pronoto, maculis abdominis marginalibus angustis et praesterno in laminam non producto.

Caput *nigro-cupreum* infuscatum, antice *attenuatum, fissum* v. *bifidum*, fronte *convexa*; lobi laterales clypei, marginati, *extrorsum* sensim in apicem *acutiusculum, deflexum excurrentes*, medius lateralibus perspicue brevior, *postice supra striga flavescente obsoleta* notatus. Corpus supra subtusque impresso-nigro-punctatum, parum nitidum, ovale. Antennarum articulus 5 reliquis longior; duo priores fusco-flavescentes, tertius *sub apice*, 4 et 5 ex toto nigri. Apud ♀ art. secundus et tertius *aequilongi*, apud ♂ tertius secundo perspicue *brevior*. Rostrum pedes posticos attingit: vaginae ejus articulus extremus *niger*, nitidus. Oculi nigri. Ocelli occipitales, distantes. Pronotum leviter convexum testaceo-fuscum v. griseum, antice ex utroque latere macula obscura nigro-cuprea vel pyritici coloris instructum; maculae hae antice confluunt uti in *Pent. melanocephala* et *P. perlata*; margines pronoti laterales flavo-albi; anguli humerales *obtusissimi, rotundati*, haud prominentes; liturae transversae ordinariae inconspicuae; in medio disci pronoti plaga dilutior, haud visibilis. Scutellum concolor testaceo-fuscum v. griseum: apicis *lunula albida*, in angulis saepe rudimentum calli pallidi. Pectus testaceo-fuscum v. griseum impresso nigro-punctatum. Hemielytra abdomen obtegentia pronoto et scutello vix dilutiora, margine ad basin costae flavescentia: membrana apicem abdominis excedens *infuscata* nervis circiter septem instructa, in angulo ejus interno macula *fusca*. Alae fuscescentes. Abdomen supra nigrum margine variegato. Maculae abdominales oblongae, *nigrae flavescentibus* longioribus interstinctae, *summo margini* impositae sunt. Venter testaceo-fuscescens v. griseum, punctis impressis maculas nigricantes sparsas, irregulares formantibus, inspersum. Ostia spiraculorum abdominalium *pallida*

„figure est *ovale*. La couleur est *testacée brune* un peu luisante; la tête est *large* et *en-* „*taillée;* le corcelet a les bords extérieurs bordés en jaune et les bords extérieurs des étuis „le sont aussi depuis leur base jusque vers la moitié; *le bout de l'écusson est en lunule jaune*. „En dessous l'insecte est plus clair, mais de la même nuance que le dessus. Elle est très „convexe à l'abdomen, et *le bord est panaché de noir et jaune*. Les antennes sont à 5 ar- „ticulations; ils sont noires; la première et seconde sont rougeâtres. Les pattes sont comme „*le dessous de l'abdomen remplis des petits points noirs*. En géneral tout le dessus est par- „semé des points creux et noirs. Il est à remarquer que *la partie de devant du corcelet* „*en commençant de la tête offre une strie abregée jaunâtre, mais peu visible*.“ Long. 3 lign.

haud conspicua. Pedes coloris abdominis uti in praecedentibus duobus picti. Structura ani praecedentium.

Adnotationes. 1°. Color cupreus in capite et pronoto adeo obscurus esse solet ut certo tantummodo situ ad lucem insecti in conspectum venit.

2°. Specimina germanica a Cl. *Germar* communicata exacte cum nostris conveniunt, autumnali tempore collectis.

3°. Nomina a Herr. Schaeffero imposita: *Pentatoma lunatum* et *Pentatoma impressum*, ne in futurum amplius confusionis causa essent, delenda sunt! *Schaefferus* enim singulari hallucinatione ex speciebus ante jam descriptis et sancitis, novas sibi finxit, et synonymiam intricavit.

4°. *Pentatoma leporinum* a *Herr. Scheffero* memoratum cum citato Panzeri Faun. ger. 33. 24, et cum quo ille suum *P. lunatum* comparat, est vera *Pent. inflexa* Wolfii! (Conf. spec. sqq.).

42. **Pent. inflexa** * (Wolf); ovalis, testaceo-grisea, pallide marginata; clypeo subito deflexo subemarginato; capite fusco: striga a medio verticis ad apicem scutelli excurrente, alba; scutelli basi maculis tribus albis, apiceque puncto minuto fusco; abdomine margine immaculato; hemielytrorum membrana pellucida, concolore *. Long. circ. 2 lin.

Cimex perlatus Panzer. F. germ. 33. 24 figura (exclusis synonymis!). Fallen Cim. su. 50. 18 et Hem. su. 32. 19 ex descriptione (excl. omnib. citatis praeter figuram Panzeri) non Fabr.!

Cimex griseus nigro-punctatus De Geer. Mém. III. 270. 15 (ex descriptione). Vill. Ent. Linn. 503. 71.

Cydnus inflexus; griseus, capite thoraceque linea, scutello basi punctis tribus albidis, capitis clypeo acuto deflexo Wolf. Ic. Cim. 183. 182. Tab. XVIII. fig. 182. a. b. c.

Eusarcoris inflexus Hahn. Wanz. II. 129. Tab. LXX. fig. 210!

Aelia inflexa Am. et Aud. Serv. Hem. 134. 2.

Pentatoma leporinum Mus. berolin. et Herr. Schaeff. (sec. citatum Panz. F. g. 33. 24 in Contin. 115. 11. et 113. 7!).

Eusarcoris Am. Ent. Fr. 80. 64.

Habitat in regionibus sabulosis sylvaticis Lithuaniae ad radices fruticum, rarissime; duo specimina foeminea a. 1844 aestate in sylva Bialovestia inveni.

Praecedenti forma capitis omnino convenit sed multo minor, venustior et aliter picta.

Caput *fuscum, opacum,* punctis numerosis nigris impressum; frons antice *depressa*, apex clypei *subito* in apicem brevem subintegrum deflectitur, lobi clypei laterales introrsum arcte cohaerentes extrorsum marginati sunt et arcuatim in apicem ex utroque latere connivent; lobus medius in depressione frontis terminatur. *In occipite a lobo medio striga pallida angusta exorta per pronotum usque ad apicem scutelli decurrit: ante oculos* in margine

clypei utrinque *altera* flavescens, minus distincta. Rostrum infuscatum dimidii longitudinis corporis. Oculi nigri. Antennarum articuli tres priores fusco testacei, duo extremi nigri; *articulus secundus* (apud foeminas meorum speciminum) *tertio perspicue* longior; quintus longissimus. Pronotum griseo-flavum leviter convexum punctis impressis fuscis notatum; margines laterales albi; in medio linea alba longitudinalis; ante angulum anteriores proxime margini laterali utrinque litura subrotunda circulo flavescente inconspicuo notata ad certam refractionem lucis in conspectum venit; interdum ambae liturae impressiones evanescentibus punctis impressis, maculas duas transversim ante medium pronoti sitas, albidas, referunt; anguli humerales obtusissimi non prominentes. Scutellum parabolicum, medio abdomine longius, flavo-griseum impresso nigro-punctatum, *basi non infuscatum*, sed tribus maculis minutis albidis instructum, laterales facile in strigas breves abeunt; ante lineam mediam albam *in summo apice scutelli, macula minuta fusca.* Pectus pallide flavum fusco-punctatum. Hemielytra abdomen obtegentia scutelli colore, costa praecedentium specierum more, basi albida: membrana *alba pellucida 4-nervia,* apicem abdominis excedit. Abdomen nitidum, supra nigrum, *subtus fusco-cupreum; margo pallide flavescens, immaculatus; ostia spiraculorum abdominalium pallida.* Anus rotundatus structurae praecedentium. Pedes fusco-testacei, maculis irregularibus punctisque nigricantibus inspersi.

Adnotationes. 1°. Capitis figura apud Wolfium a latere delineata (lit. c), parum imaginaria est. In omnibus speciminibus quae hucusque in musaeis berolinensibus hujus Pentatomatis vidi, nunquam inveni clypeum, rostri Aquilae aut Gypaëti adinstar longe porrectum et apice inflexo, et descriptio *Wolfii* ad unguem nostris speciminibus quadrans, huic figurae capitis repugnat. Potius hujus et praecedentis speciei caput a latere inspectum, *leporino* simile est.

2°. Color corporis testante *Hahnio* (qui duas tantum maculas minutas albas in scutello meminerit) modo magis dilutus, modo magis obscurus, conspicitur.

3°. Maculam fuscam in apice scutelli primus adnotavit Herrich-Schaeffer (sub sua *Pent. perlata* in Panz. Cont. 113. 7), qui subtus et abdomen colore violaceo interdum tingi memorat.

4°. *Pentatoma leporinum* Mus. berol. ad specimina Lusitanica a nostro non diversum!

Subdivisio Quarta. Caput oblongo-quadrangulare, *cernuum,* antice late truncatum, *emarginatum*, fronte leviter convexa; lobi clypei laterales aequilati, acute marginati, antice rotundati, medius linearis carinulatus sulcis profundioribus ab illis divisus apice libero conspicuo, vix illis bre-

vior. Antennarum articulus secundus tertio paulo longior aut illo aequalis. Lamina praesterni nulla. Pronotum breve trapezoidale, transversum: anguli humerales saepe auriculatim porrecti. Scutellum magnum parabolicum. — Species parvae ex parte habitu *Trigonosomatis* subdivis. 3ae. Corpus glabrum, abbreviatum v. rotundatum ad angulos humerales saepe distincte latius, abdomine crasso immarginato subtus convexo in ambitu subsemicirculari. Color corporis supra pallide fuscus v. grisescens, saepe in ventre et saltem in capite et parte antica pronoti cupreo licet viridi metallice nitens. *Gobisa* Amy. Ent. Fr. 77. 60.

Synopsis specierum:

a. Scutelli calli basilares nulli, macula semicircularis cupreo nitens, apex concolor . . . . *P. melanocephala.* 43.

b. Scutelli calli basilares duo, macula semicircularis o; apex concolor:

* color corporis supra griseus aut obscurus: { *P. perlata* Fabr. 44. / *P. binotata* Hahn. 44. 5.

* color corporis supra rubicundus: . . *P. pusilla* Herr. Schff. 44. 6.

43. ***P. melanocephala*** (Fabr.); fusculo v. griseo-flavescens; angulis pronoti humeralibus rotundatis non prominulis; capite, pronoti antici maculis duabus, scutelloque basi macula una magna semicirculari, cupreo aut viridi metallice nitentibus. Long. $2\frac{3}{4}$, latitud. $1\frac{1}{2}$ lin.

Cimex melanocephalus Fabr. Ent. Syst. IV. 125. 176. Villers Ent. Linn. 504. 74. Wolf. Icon. Cim. 139. 134. Tab. XIV. fig. 134. a. b. Panz. Faun. germ. 26. 24. Donov. Brit. ins. XII. 99. Tab. 431 (*splendidissima!*).

Cydnus melanocephalus Fabr. Syst. Rhyng. 187. 14.

Pentatoma melanocephala Latr. Hist. nat. XII. 194. 34. Boit. man. enc. 55.

Eusarcoris melanocephalus Hahn. Wanz. II. 130. Tab. LXX. fig. 211. (cum rudimentis callorum basilarium scutelli albescentium, forma minor, colore metallico viridi!).

Melanocephalus Amy. Ent. Fr. 75. 57.

Habitat in sylvis frondosis Lithuaniae super varias plantas labiatas praesertim autem initio aestatis in Stachyde sylvatica frequens.

Species venusta, *P. perlata* paulo major et vere distincta: 1°. corpore ad humeros non dilatato, propter angulos humerales rotundatos latitudinem baseos abdominis non excedentes; 2°. magna macula cupreo-nitida semicirculari in scutello et duabus similibus in pronoto antico, cum capite metallice corruscantibus.

Corpus glaberrimum, nitidum, dense irregulariter impresso punctatum; supra in pronoto et scutello postico, nec non in hemielytrorum corio ubi color fusculus aut griseo-flavescens, puncta haec nigra apparent.

Caput oblongo quadrangulare, *marginatum, cernuum,* antice *emarginatum.*

cupreo nitens; lobi clypei laterales aequilati apice *rotundati.* Oculi nigri. Rostrum longitudine dimidii corporis, obscure flavum: duo ultimi articuli vaginae nigri. Antennae filiformes extrorsum crassiusculae in vivo insecto porrectae, in mortuo deflexae, *secundus tertio* in hac specie saepe *brevior,* ultimus reliquis longior. Tres priores articuli *flavescentes,* quartus et quintus nigri, *basi* parum flavescentes. Pronotum antrorsum declive griseo-flavescens: litura transversa ordinaria haud conspicue distincta; in utroque angulo interiori maculae magnae subrotundae introrsum confluentes, postice sinum acutum formantes, metallice nitidae, *cupreae;* margines pronoti flavescunt. Scutellum magnum parabolicum, griseo-flavescens, apice concolor; ad basin ejus macula magna late triangularis, saepius semicircularis, cupreo nitens: in angulis extremis, margini maculae utrinque saepe contiguum punctum minutissimum albidum (quasi rudimentum calli) nudo oculo haud conspicuum. Calli veri in scutello nulli! Hemielytra griseo-flava ad basin costae dilutiora abdomen obtegentia: membrana saepe abdominis apicem excedens, immaculata, albido-flavescens. Corpus subtus *cupreo-nitens.* Abdomen supra nigrum margine extremo flavescenti nigroque maculis oblongis, variegato, subtus valde convexum, apice rotundatum. Anus integer. Pedes fusculo-flavescentes. Femora praeter puncta sparsa, macula majori nigra subtus notata. In tibiis anterioribus spinula ordinaria. Tarsi fusci.

Adnotationes. 1°. Species haec jam versus finem praecedentis saeculi (Vide *Jenaisch. Literat. Zeit.* No. 143) pro varietate *P. perlatae* declarata, et ab Jlligero (in Rossi Faun. etr. II. 374. 1311) cum illa combinata, nobis semper distincta visa est. Specimina rossica et germanica (a clar. Germar mihi benevole missa) eximie cum figura Donovani quadrant, quae multo exactior est illis, quas ejusdem speciei *Wolf, Panzer* et *Hahn* publicaverunt.

2°. Color partium nigro-purpurascens aut stricte sic dictus cupreus, interdum in pyriticum v. viridescentem vergit, qui saepius in *P. perlata* quam in hac locum habet.

3°. Figura Hahnii refert modificationem minorem (2 lin. long.) punctis sparsis pyriticis notatum, cum rudimentis callorum scutellarium.

4°. *Cimex melanocephalus* Vill. Ent. Linn. 517. 119 est species *Capsi* mihi ignota.

44. **Pent. perlata** (Fabr.); ovato-subrotunda, supra cupreo-fuscescens v. grisea, capite et pronoto antico metallice nitidis, *hoc disco macula subconspicillari transversa flavescente:* angulis pronoti humeralibus auriculatim porrectis, acutiusculis; scutelli disco: plaga maxima pallida

triangulari postice anguste producta, apice: macula minuta nigra, callis angularibus, maximis, oblongis, albis *. Long. 2—2½ lin.

Cimex perlatus Fabr. Ent. Syst. IV. 125. 177. (non Fall. nec Panz. quo ad figuram). Wolf. Icon. Cim. 68. 65. Tab. VII. fig. 65. a. b. (opt.). Sturm Verzeichniss 1796. Tab. IV. fig. 3.
Cimex venustissimus Schrank Beitr. zur Naturk. 8. 36. Villers Ent. Linn. 505. 81.
Cimex aeneus Scopoli Ent. carn. 122. 358 (formae cupreo fuscescentis opt. descriptio!).
Cimex fucatus Rossi in Faun. etr. ed. Jllig. II. 374. 1311.
Cydnus perlatus Fabr. Syst. Rhyng. 187. 15.
Pentatoma perlata Latr. Hist. Nat. XII. 193. 22. Boit. Man. enc. 55.
Eusarcoris perlatus Hahn. Wanz. II. 67. Tab. LI. fig. 155 (opt.).
Pentatoma perlatum Herr. Schaeff. in Panz. cont. 113. 7. ♂. (opt.).
Mogbissus (ex lingu. hebr.) Am. Ent. Fr. 76. 59.
Gabisa (ex ling. hebr.) Am. Ent. Fr. 77. 60.

Habitat in sylvis frondosis Lithuaniae mediae et meridionalis ab initio aestatis ad autumnum.

Corpus minoris magnitudinis ad basin pronoti latius, antice magis angustatum, postice rotundatum (uti in Trigonosomate), pictura pronoti et scutelli quod callis duobus maximis onustum est, vaginae rostri articuli tertius et quartus breves, aequilongi, antennarum articulus tertius in utroque sexu secundo brevior, membrana hemielytrorum 5-nervia sufficienter, speciem hanc a praecedente distinguunt.

Corpus (exceptis antennis, tibiisque) glaberrimum, nitidum, dense irregulariter impresso-punctatum, supra modo fuscescenti-cupreum, modo griseum. Caput cupreo-nitens, marginatum cernuum, clypeo antice emarginato, lobis lateralibus apice rotundatis. Rostri vaginae articulus quartus niger, reliqui flavescentes, secundus longissimus. Antennarum tres priores articuli flavescentes, duo extremi nigri, quintus conspicue longior. Oculi fusci. Pronotum declive, ad latera pallide marginatum; in antica ejus parte macula utrinque cuprea vel viridis sulco transverso instructa liturae ordinariae locum tenentis; in medio pronoti plaga pallida plus vel minus distincta transversa, late triangularis, angulo anteriore occiput attingens, figuram conspicillarum quodammodo referens, quam bene jam adnotavit *Wolfius*, sed nimis symmetrice illam in figura operis sui depinxit. Anguli pronoti auriculati, acutiusculi basin abdominis excedentes. Scutellum parabolicum fuscescens v. griseum; in basi ejus plaga triangularis flavescens illi pronoti similis sed minus clare expressa: *anguli* ejus basilares callo maximo albo, obliquo, oblongo onustis, *apex* in lineam pallidam productus, ante scutelli apicem abruptam, qui macula minuta nigra, punctiformi, notatus est. Hemielytra latitudine abdominis, quo ad colorem et punctaturam a pronoto non differunt, costa illarum basi flavescens: membrana concolor, modo fuscescens, modo alba subpellucida 5-nervia; nervi simplices. Pectus in varietate fuscescente cupreo-

micans, in varietate grisea dilute flavescens cupreo-maculatum. Ostium organi odoriferi in metasterno, magnum. Abdomen *supra* nigrum margine albido, maculis minutis, oblongis, nigris notato, *subtus* valde convexum cum nitore cupreo. Color cupreus ventris refert maculam magnam postice tripartitam e tribus quasi seriebus macularum magnarum confluentibus formatam quarum interstitia fuscescunt aut flavescunt secundum colorem insecti. Ostia spiraculorum abdominalium ex utroque latere referunt puncta rotundata, diagonaliter maculis marginalibus abdominis opposita. Segmentum anale foemineum *rotundatum* valvulis duabus maximis postice clausum, apud mares *truncatum* structurae omnino uti in *Pent. bipunctata.* Pedes fuscescentes, licet testacei, uti in praecedente specie fusco licet nigro maculato-punctulati. Femora subtus versus apicem macula magna notata. Tarsorum articuli extremi nigri.

Adnotationes. 1°. Specimina aestivalia grisea, colorem nitidum viridescentem, autumnalia fuscescentem cupreum ostendunt.

2°. Non tantum *Wolf*, sed fere omnes post illum scriptores figuram *Cimicis perlati Panzeri* (Faun. ger. 33. 24) ad hanc speciem illustrandam citant, quae me judice *Pent. inflexam* Wolfii optime repraesentat.

3°. *Cimicem perlatum* figurae Panzerianae, *Herrich Schaeffer* alium a *Cim. inflexa* Wolfii autumans, *Pentatoma leporinum* appellat, quo sub nomine in Museo berolinensi vidi e Lusitania aliquot specimina identica cum vera *Pent. inflexa,* adeoque nomen hoc superfluum reddunt.

4°. *Cim. griseus nigro-punctatus* De Geeri et *Cim. perlatus* Fallenii secundum descriptionem, etiam non hic sed ad *Pent. inflexam* spectant.

5°. *Eusarcoris binotata* Hahn. Wanz. II. 130. Tab. LXX. fig. 212, varietas pallida *Pent. perlatae* videtur.

6°. Inter fines Imperii Russici inquirendum in *Pent. pusillam* (Herr. Schaeff. in Panz. cont. 115. 9. ♂) quae e descriptione et figura, colore rubicundo, callis, et lunula alba scutelli *P. bipunctatae* propinqua, e habitu et forma capitis *Pent. perlatae* affinis videtur.

Subdivisio Quinta. Caput oblongo-quadrangulare, antice late truncato-rotundatum, integerrimum; frons *plana:* lobi clypei fastigiati, laterales aequilati extus parum inflexi, *sursum marginati* (fere uti in subdiv. sequente). Antennarum articuli secundus et tertius in utroque sexu aequilongi, sequentibus aequales. Anguli pronoti humerales rotundati, non porrecti. Abdomen in sexu foemineo *conicum, acutum.* Corpus minoris magnitudinis, nudum, nullibi metallice nitens: *Stagonomus* Amy. Ent. Fr. 76. 58.

45. **Pent. bipunctata** (Linn.); ovalis, utrinque *crebre profundeque* impresso-punctata, subtus valde convexa, supra obscure rubra, tenuis-

sime albo-marginata; scutelli callis duobus apiceque lunula albis, hac in sinu maculam nigram fovente; abdomine postice apud foeminas conico acuto, apud mares rotundato, truncato *. Long. $3\frac{1}{2}$ lin.

Cimex bipunctatus Linn. Mus. Ulr. 174 sec. Vill. Ent. Linn. 494. 52! Fabr. Ent. Syst. IV. 121. 160. Ej. Syst. Rhyng. 176. 108. Coqueb. Illustr. Icon. Dec. II. Tab. XIX. fig. 1. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 374. 1310. Vill. Ent. Linn. 503. 73!

Pentatoma bipunctata Latr. Hist. Nat. XII. 195. 37. Boit. Man. enc. 55.

Eusarcoris bipunctatus Hahn. Wanz. II. 68. Tab. LI. fig. 156 (caput male expressum) ♀.

Pentatoma bipunctatum Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 113. 10 (opt.) ♀.

Stagonomus Amy. Ent. Fr. 76. 58.

Habitat in Podolia australi locis sylvaticis aestate praesertim in Teucrio Scorodonia, satis frequens.

Species pulchra characteristica jam a Linnaeo optime descripta, ad specimina quae ex Syria habuit. Colore supra variat ad instar *Acanthosomae griseae,* sed forma capitis, abdominis et scutelli pictura facile recognoscenda.

Corpus nudum, nitidum, ut in *Acanthosomate griseo* undique profunde impresso nigro punctatum, puncta haec tamen in ventre densius aggregata et minus profunda sunt. Caput parum inclinatum, usque ad oculos excisurae pronoti immersum *oblongo-quadrangulare*, angulis anterioribus rotundatis. Lobi clypei omnes fastigiati, medius angustior linearis, laterales latiores *extus arcuatim inflexi* et *supra marginati,* tenuiter colore flavescente obducti. Antennarum articulus quintus niger longissimus, tres intermedii aequilongi, quartus basi, primus, secundus et tertius toti flavescentes. Oculi protuberantes *majusculi,* globosi, fusci, nitidi, basi circulo pallido cincti. Ocelli distantes occipitales. Rostrum pedes intermedios excedit: articulus secundus longissimus, tertius reliquis brevior, quartus niger. Pronotum in medio convexum; liturae duae transversae ordinariae obsoletae; latera tenue flavo marginata; anguli humerales rotundati, abdominis basin non excedentes. Scutellum parabolicum abdomine $\frac{1}{3}$ brevius: ad angulum basilarem utrinque *callus maximus nitidus flavescens subrotundatus, in apice extremo lunula alba, maculam fuscam in sinu suo fovens.* Hemielytra colore pronoti et scutelli: costa basi extus tenue flavescens; membrana alba immaculata, 7-nervia, nervis 2 exterioribus apice conniventibus, tertio furcatim diviso, reliquis simplicibus. Abdomen hemielytrorum latitudine convexum, supra nigrum, subtus testaceum, margine flavo, *maculis minutis quadratis nigris* variegato. Spiracula pectoralia et abdominalia haud conspicua punctis nigris non distincta. Apud foeminas abdomen valde singulare *conico-acutum,* segmento sexto reliquis longiore, anali genitalia includente mucronatim exserto; apud mares ovale postice truncatum, segmento sexto semicirculari excavato, valvula postice plana impresso punctata, superne marginato inflexa, clauso. Pedes coloris abdominis,

maculis fuscis punctiformibus notati, quae in femorum parte inferiore superiorem versus magis conferta sunt. Tibiae pilosulae anteriores more generis denticulo mucroniformi introrsum armatae.

Color hujus speciei normalis in capite, pronoto, scutello hemielytrisque fusco-purpureus vel obscure ruber, subtus fusco-flavescens. In speciminibus magis detritis tantum pars postica pronoti praeter alias partes rubet.

Adnotationes. 1°. Linnaei *Cimicem bipunctatum* „colore supra griseo scutello apice subfusco" in specimine a Cl. Germar communicato, recognoscere credo, cujus et color griseus et macula characteristica fusca in scutello toto pallido optime cernitur. Normalium speciminum macula haec sinu lunulae albae apicalis scutelli inclusa colore rubro adeo adumbratur ut interdum obsolescat. Figura Schaefferi scutelli characterem hunc bene exprimit, sed caput vitiose reddit.

2°. Hahn aliam hujus speciei modificationem: *antennis capite, pronotoque antico concoloribus flavescentibus* dedit, sed capitis figura haud bene expressa.

3°. *Pentatoma pusillum* Herr. Schaeff. ad 4. hujus generis subdivisionem pertinet.

4°. *Cimex bipunctatus* Vill. Ent. Linn. 522. 138 et Phytocoris species mihi ignota.

Subdivisio Sexta. Caput antice late truncatum, emarginatum, lobo medio clypei antrorsum angustato, lateralibus sursum marginatis, extrorsum late sinuato-inflexis, breviore. Antennae crassiusculae: articulo secundo tertio longiore. Anguli pronoti humerales, non prominuli, rotundati. Abdomen marginatum. Corpus ellipticum, subdepressum, nitidum, pictura variegatum: Strachia Hahn. Wanz. I. 180. Eurydema Laporte Hém. 61. Amy. et Aud. Serv. Hém. 125. 92.

46. **Pent. oleracea** (Linn.); coeruleo-aenescens v. viridescens, margine undique, pronoti lineola media, scutelli apice, corio hemielytrorum puncto intra apicali, tibiarumque annulis, rubris, albis aut flavis*. Long. 3 lin.

a. *genuina* coeruleo-aenescens, pictura rubra aut alba scutello maculis tribus:

Cimex oleraceus Linn. Faun. su. 934. Fabr. Ent. syst. IV. 121. 162. Ejusd. Syst. Rhyng. 177. 112. De Geer Mém. III. 266. 10. Tab. XV. fig. 22. 23. Villers Ent. Linn. 498. 61. Schaeff. ins. rat. Tab. XLVI. fig. 4. 5. Stoll. Punais. Tab. V. fig. 32. Panz. Faun. germ. 32. 12. Wolf Icon. cim. 16. 16. Tab. II. fig. 16. a. b. Rossi Faun. etr. ed. Jll. II. 376. 1313. Fall. Cim. su. 49. 16. Ejusd. Hem. su. 31. 16.

Pentatoma oleracea Latr. Hist. nat. XII. 195. 38.

Strachia oleracea Hahn. Wanz. I. 183. Tab. XXIX. fig. 94 (opt.).

Eurydema oleracea Amy. et Aud. Serv. Hém. 127. in nota.
Ospreodes Amy. Ent. Fr. 71. 50.

β. *flavata** viridescens, aureo-picta, scutello trimaculato, ventre femoribusque flavo-nigroque variegatis*.

Cimex flavatus: „ovatus, niger, scutello elytrorum apice lateribusque flavis, thoracis „margine lineaque media flavis" Schrank. Beytr. 70. 34. Vill. Ent. Linn. 505. 80.

γ. *Zetterstaedtii** pictura ut in α sed scutello macula una:

Cimex oleraceus Zett. ins. lapp. 260. 1.

Habitat in hortis culinaribus, praesertim ad plantas cruciferas et in asparago aestate, α et γ per totam Lithuaniam mediam et borealem frequens, β certis in annis in meridionali magna in copia provenit. — Odorem debilem oleraceum spirat.

Minus ac sequens polymorpha illaque minor. Corpus nitidum variegatum, supra impresso-punctatum, modo coeruleo-aenescens modo viridescens: pictura modo rubra modo alba modo lutea. Sexus uterque colore interdum dissimilis in copula obvenit. Omnibus tibiae nigrae, caput marginatum et antennae obscura.

Normalis forma: Dorsum totum coerulescens aeneo vel viridi nitens cum capite, pronoto elytrisque. Clypeus capitis nec non margo anterior et posterior pronoti valde angusto albo vel rubro colorati. Pronoti fascia longitudinalis alba vel rubra postice latior, versus hemielytra saepe desinens lineola transversa; margines laterales pronoti et latera hemielytrorum basi interdum latius albo aut rubro picta. Membrana hemielytrorum semper fusca. Scutellum trimaculatum scilicet praeter maculam apicalem albam aut rubram, duabus oblongis deorsum tamen apice non confluentibus uti in sequente. Venter vel totum coeruleo- aut viridi-aeneum vel pallidum maculis in disco et in margine nigris seriatim dispositis.

Forma γ differt tantum scutello macula una alba aut rubra notato.

Forma β magnitudinis parum majoris, pictura partium uti in α sed loco albae aut rubrae, semper lutea.

47. **Pent. ornata** (Linn.); nigro-rubroque vel nigro-flavoque varia; capite alisque nigris; membrana hemielytrorum fusca albo marginata, tibiis concoloribus*.

Species magnitudine et pictura valde variabilis. Inter adductas infra formas sequentes characteres constantes vidi: nempe corpus supra impresso-punctatum, caput disco, antennis tibiasque totas, nigra; membranam hemielytrorum fuscam, opacam, albo marginatam.

α. genuina; rubro varia; pectore abdomineque medio nigris: punctis lateralibus et marginalibus distinctis pronotique sex confluentibus nigris*. Long. $3\frac{3}{4}$ lin.

Cimex ornatus α major; pronoto maculis duabus semibifidis nigris. Burm. Handb. d. Ent. II. 368. 12. *α.*

Cimex ornatus Linn. Faun. su. 937. Fabr. Ent. syst. IV. 118. 150. Ejusd. Syst. Rhyng. 172. 93. Scopoli Ent. carn. 123. 361. Villers Ent. Linn. 500. 64. Sulzer. Hist. ins. Tab. XI. fig. 73. Panz. Faun. germ. 33. 21. Wolf Icon. Cim. 15. 15. Tab. II. fig. 15. Fall. Cim. su. 49. 15. *α.* Ejusd. Hem. su. 30. 15. *α.*

Pentatoma ornata Latr. Hist. Nat. XII. 194. 35. Boit. man. 55.

Strachia ornata Hahn. Wanz. III. 12. Tab. LXXVIII. fig. 238.

Eurydema ornata Amy. et Aud. Serv. Hém. 126. 11. (quo ad synonymiam! exclusa descriptione ad *δ* pertinente!).

Eurydema Amy. Ent. Fr. 69. 49.

Habitat rarius in Lithuania formis *δ*, *ε* et *ζ*, locis cultis in plantis variis praesertim in cruciferis.

Major aliis formis Lithuaniae communibus. Caput, antennae, thorax subtus pedesque nigra. Pronotum rubrum utrinque macula magna nigra postice bifida e tribus confluentibus formata. Scutellum nigrum maculis rubris confluentibus unam versus pronotum bifurcam, apicem versus capitatam maculam formantibus literae Y similem. Hemielytra rubra punctis duobus in corio nigris, altero intra apicem, altero in medio marginis exterioris; macula nigra oblonga versus marginem interiorem inter duo puncta ampliata. Membrana nigricans albo marginata. Abdomen subtus rubrum disco nigro, limbo utrinque nigro-maculato.

β. Hoffmanseggi;* nigro-coerulea, rubro varia; antennis pedibusque nigris; pronoto rubro-marginato; fascia in medio rubra, lateralibusque duabus marginem anteriorem non attingentibus; hemielytro singulo margine maculisque duabus sejunctis rubris; ventre viridi aeneo*. Long. $3\frac{1}{2}$—4 lin.

Pentatoma herbaceum Hoffmsgg. Herrich Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 115. 12.

Strachia herbacea Hahn. Wanz. III. 13. Tab. LXXVII. fig. 239.

Habitat in Podolia australi.

γ. Schaefferi;* rubro-nigroque varia; pronoto maculis duabus magnis nigris; hemielytris nigris: maculis duabus parvis rubris.

Cimex ornatus Schaeff. ins. rat. Tab. LX. fig. 10 (jam a Fabricio ad *Pent. ornatam* citata!).

Pentatoma Dominulus Herr. Schaeff. in Panz. cont. 112. 16. non Scopolii, quae omnino *δ* nostram spectat!).

Habitat in Volhynia australi rarius.

δ. *festivus*; rubro-varia, pectore abdomineque medio nigris: punctis lateralibus et marginalibus, pronotique sex biserialibus distinctis, nigris *.

Cimex ornatus β minor; pronoto punctis sex nigris (femoribus basi sanguineis) Burm. Handb. d. Ent. II. 368. 12.

Cimex festivus Linn. Syst. Nat. XII. 723. 57. Fabr. Ent. Syst. IV. 118. 151. Ejusd. Syst. Rhyng. 173. 95. Schaeff. ins. rat. Tab. CCLXXII. fig. 3. 4. Villers. Ent. Linn. 500. 65. Panz. Faun. germ. 6. 19. Sturm. Ins. Kab. Heft II. Wolf Icon. Cim. 61. 58. Tab. VI. fig. 58. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 373. 1309. Donov. Brit. ins. III. t. 101. fig. IV (*mediocris*).

Cimex Dominulus Scópol. ent. carn. 124. 392. non Herr. Schff.!

Pentatoma festiva Latr. Hist. Nat. XII. 194. 36. Boit. man. enc. 55.

Strachia festiva Hahn. Wanz. I. 181. Tab. XXIX. fig. 93.

Eurydema ornata Amy. et Aud. Serv. Hém. 126. 1. (sola descriptio exclus. synonymis ad α pertinentibus!).

Habitat frequens in Lithuaniae plantis oleraceis.

Genuina *P. ornata* minor. Caput nigrum, rubro-marginatum. Antennae nigrae. Pronotum rubrum, maculis sex nigris distinctis, biserialibus; anteriores duae transversae, oblongae. Scutellum aut rubrum macula basilari subtriangulari nigra aut similiter uti in *Pentatoma ornata* pictum, scilicet nigrum, maculis rubris confluentibus unam, versus pronotum bifurcam semilunarem apicem versus capitatam literae Ψ (psi graeco) similem; in hac si color ruber pro fundamentali consideretur, tres re vera adsunt maculae nigrae, nempe basilaris latior subtriangularis et versus apicem duae laterales oppositae, discretae, subrotundae. Hemielytra rubra: fascia introrsum nigra longitudinali extrorsum sinuata, marginem costalem non attingente, aream corii in duo triangula costae contigua dividente, singulo basi macula nigra notato. Membrana hemielytrorum fusca opaca, margine albido cincta. Pectus nigrum rubro marginatum. Abdomen supra nigrum rubro marginatum, maculis utrinque tribus nigris apud mares a margine extremo remotis. Venter ruber macula magna discoidali nigra, stigmatibus seu ostiis spiraculorum abdominalium late nigro cinctis utrinque maculas quinque apud mares, sex apud foeminas, subrotundas formantibus. *Coxae basi extrorsum flavae* et *albae, unde sex maculae in pectore pallidae pone marginem* rubrum. Occurrit tamen et coxis omnino atris. Pedes *toti nigri*.

ε. *fimbriolata* *; nigro-rubroque varia, antennis pedibusque nigris; pronoto maculis sex nigris, posterioribus mediis maximis inferne confluentibus; membrana hemielytrorum tenuissime albo marginata; ventre trifariam maculato.

Pentatoma fimbriolatum Heyer; Germ. Faun. ins. eur. XVII. 9. (opt.).

Habitat frequenter in plantis labiatis sylvestribus Lithuaniae mediae et meridionalis.

A normali *Pent. festiva* magnitudine minore, membrana hemielytrorum tenuius marginata, pectore abdomineque trifariam nigro-maculatis, distincta. Puncta media duo in pronoti postico maculas duas magnas secum confluentes efficiunt. Praeterea in corio hemielytrorum ante apicem una macula nigra. Abdomen supra rubrum, punctis marginalibus nigris. Corpus totum infra rubrum maculis in singulo segmento ventrali tribus nigris et margo extimus abdominis plerumque adhuc serie punctorum nigrorum ornatus. Pedes toti nigri.

ζ. *Falleni*; luteo-varia,* pectore abdominisque medio nigro-maculatis; punctis lateralibus et marginalibus pronoti sex distinctis nigris; capitis margine luteo; femoribus basi pallidis.

Cimex ornatus β. Fallen. Cim. su. 49. 15. Ejusd. Hem. su. 30. 15.

Habitat circa Vilnam in *Pimpinella saxifraga,* ubi plura specimina aestate media 1846. inveni.

Corporis pictura in vivo flavo-aurea v. aurantiaca a praecedentibus distincta. Antennae nigrae. Oculi fusci. Caput fuscum clypeo antice flavo-marginato. Pronotum coloris aurantiaci, maculis 6 nigris biserialibus distinctis: 2, 4. Scutellum aurantiacum *basi macula triangulari nigra.* Hemielytra aurantiaca margine interiore nigro sinuato, aream corii in duo triangula costae contigua dividente: majori puncto uno nigro, margineque costali punctis 4 nigris notato. *Membrana* et *pedes nigra.* Abdomen aurantiacum subtus maculis nigris ellipticis triserialibus.

Falleniana descriptio omnino nostrae convenit praeter verba: *femoribus basi pallidis,* quae aliam modificationem hujus spectant. Perthesius (MSS. Ins. Lithu. et Pol. ex anno 1802. 168. fig. 5) aliam adhuc magis memorabilem varietatem descripsit non tantum *femoribus sed et tibiis basi flavis,* quam pro varietate *Pentatomae ornatae* adnotavit.

Nota. ***Pentatoma pictum*** (rufum plerumque etiam flavo-variegatum capite maculato subtus rufescens aut flavum pectore utrinque maculis 3 ovatis nigro-cinctis, ventre serie macularum mediarum obsoleta Herr. Schff. (in Panz. Cont. 116. 12 et 13; ***Strachia picta*** Hahn. Wanz. III. 14. Tab. LXXVII. fig. 240) 5 lin. long., distincta a modificationibus ***Pentatomae ornatae*** videtur pedibus variegatis. — ***Pentatoma*** vero ***decoratum*** Herr. Schff. (in Panz. Cont. Faun. germ. 116. 14.) ***P. picti*** varietas!

Subdivisio Septima. Caput antice rotundatum, emarginatum. Antennarum articulus secundus aut longitudinis tertii aut tertio longior. Pronotum basi ad humeros abdomine latius. Abdomen marginatum subtus convexum, rotundatum, segmento ventrali secundo basi inermi: PENTATOMA Oliv. Amy. et Aud. Serv. Hém. 128. 95.

* *Corpore supra pilosiusculo:*

48. **Pent. Baccarum** (Linn.); pilosiuscula, supra rufescens subtus albida, nigro-punctata; antennis tarsisque nigris albo-annulatis; scutello apice abdominisque maculis marginalibus albis, geminatas nigras magnitudine superantibus. Long. $4\frac{1}{2}$ lin.

Cimex Baccarum Linn. Faun. su. 928. Fabr. Ent. Syst. IV. 117. 144. Ejusd. Syst. Rhyng. 172. 92 (excluso Synonymo Geoffroy! ad *P. punctipennem* pertinente!). Schff. ins. rat. Tab. LVII. fig. 1. 2. ♂. Panz. Faun. germ. 33. 20. Wolf Icon. Cim. 60. 57. Tab. VI. fig. 57. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 373. 1308 (excluso synonymo Scopolii ad *P. punctipennem* spectante). Vill. Ent. Linn. 495. 55. Fall. Cim. su. 48. 13. Ejusd. Hem. su. 29. 13. Zetterst. ins. lapp. 260. 6. Burm. Handb. d. Ent. II. 369. 13.

Cimex Verbasci (Punaise de Bouillon blanc) De Geer Mém. III. 257. 4. Tab. XIV. fig. 5 et ibid. fig. 3 et 4 (larvae!).

Pentatoma Baccarum Latr. Hist. Nat. XII. 193. 31. Boit. Man. enc. 55. Hahn. Wanz. II. 63. Tab. L. fig. 152. Amy. et Aud. Serv. Hém. 132. 6.

Acromecia Amy. Ent. Fr. 12. 52.

Pentatoma Amy. Ent. Fr. 73. 53.

Habitat in arvis cultis et fruticetis Lithuaniae; initio aestatis et autumni frequens; non raro baccis ribium aliisque quiescens, quas tetro odore inquinat.

Sexus uterque similis. Corpus supra impresso-nigro-punctatum *pilis brevibus nudo oculo conspicuis obsitum* statim hanc speciem ab aliis distinguit. Caput fuscum v. griseum clypeo apice truncato-emarginato. Antennae *nigrae, albo-annulatae: articulo secundo tertio longiore.* Pronotum rufescens lineola in quibusdam pallida dorsali saepe et scutellum percurrente. Scutellum coloris pronoti v. fusco-virescens, apice albo v. flavescente. Hemielytra ferruginea subtus magis laete etiam in exsiccatis sanguinea: membrana grisea in angulo interno (sub apice scutelli abscondito) macula nigra notata. Alae nigricantes nervo marginali sanguineo et pone medium lunula nigra insignitae. Abdomen supra nigrum, margine pallido: maculis utrinque nigris bilobis interstincto; in vivis margo hic pulcherrime rubro et nigro variegatus; maculae nigrae pallidis minores sunt. Corpus subtus et pedes griseo-virescentia pilosa et nigro-punctata. Venter praesertim *in disco punctis nigris* impressum! Pedes rufescunt. Articuli tarsorum extremi et oculi nigri. — Color in exsiccatis magis in griseum vergit, in vivis semper rufescens manet, corio hemielytrorum infra pulchre toto sanguineo.

** *Corpore omnino nudo:*

49. **Pent. vernalis** (Wolf.); glabra supra grisea, rufescens (aut virescens); antennis rufis: articulo quarto et quinto apice nigris; pronoti margine laterali scutellique apice pallidis; abdominis margine rufo aut virescente supra nigro-maculato: maculis nigris et subtus binatis. Long. $4\frac{1}{4}$ lin.

Cimex vernalis; ovatus, griseus, antennis rufis apice nigris; scutello apice albo. Wolf Icon. Cim. 141. 135. Tab. XIV. fig. 135. a. b. (*colore griseo*). Fall. Cim. su. 48. 14. Ejusd. Hem. su. 30. 14. (descript. var. colore rufescente).

Cimex strictus Fabr. Syst. Rhyng. 179. 123. secundum specimina quae in Museo berolinensi asservantur! (colore obscuro ut in *Pentatoma sphacelata!*).

Pentatoma vernalis Hahn Wanz. II. 64. Tab. L. fig. 153. (*colore rufescente*).

Pentatoma vernale; rufescens aut virescens, antennis rufis articulo 4 et 5 apice nigris, thoracis margine scutellique apice pallidis, abdominis margine rufo aut virescente, nigro maculato. Herr. Schaeff. in Panz. cont. 113. 6. (*colore virescente*).

Habitat initio veris in variis plantis, aestate supra *Epilobium spicatum:* Lithuaniae mediae et Volhyniae incola haud frequens. Foetet similiter ac praecedens.

Praecedente vix minor, sequente major, cum utrisque facile confundenda. A priore caput clypeo subintegro, corpus nudum, defectus striae pallidae longitudinalis in pronoto et scutello nec non antennarum color, hanc facile distinguunt. — Varietatem viridescentem nunquam vidi, rufescens et grisea ipsae mihi notae.

Corpus ovatum supra impresso-nigro-punctatum, nudum glaberrimum. Caput clypeo parum emarginato. Antennae rufae subhirsutae articulo 4 et 5 apice nigris basi rufis. Pronotum in medio concolor, stria dorsali pallida nulla, marginibus lateralibus discoloribus tenue flavescentibus vel albidis. Apex scutelli flavicat aut albescit. Hemielytra scutello concolora: membrana fusca aeneo-nitida, angulo interno obscure tincto. Abdomen supra nigrum in margine discolore simpliciter nigro-maculatum. Pectoris color et punctatura ventris. Venter pallidum impresso-nigro-punctatum uti in *Pent. baccarum;* punctis inordinatim confluentibus, maculis in margine bilobis nigris. Ostia spiraculorum abdominalium nigra. Anus emarginatus. Pedes pallidi, nigropunctati. Tibiae pilosulae. Tarsi fuscescentes.

50. **Pent. sphacelata** (Fabr.); supra obscure grisea, subtus pallida; annulis articulorum antennarum, pronoto margine, scutelli punctis tribus apiceque flavescentibus; tibiis basi pallidis, apice nigris *. Long. 3 lin.

Cimex sphacelatus; obscurus, antennis annulis, thorace margine, scutello apice albis. Fabr. Ent. Syst. IV. 120. 156. Ejusd. Syst. Rhyng. 175. 103. Wolf Icon. Cim. 101. 95. Tab. X. fig. 95.

Cimex Lynx Panz. Faun. germ. 33. 17. (mediocris) non Fabr.!

Cimex albipes Fabr. Ent. Syst. IV. 96. 65. Ejusd. Syst. Rhyng. 158. 15. (secundum specimina in Mus. berolin.) Rossi Faun. etr. edit. Jllig. II. 368. 1300.

Pentatoma albipes Latr. Hist. Nat. XII. 186. 6. Boit. Man. enc. 52.

Pentatoma Lynx Latr. Boit. Man. enc. 55.

Dryocoris Amy. Ent. Fr. 74. 55.

Habitat in fruticetis graminosis, praesertim in quercetis Volhyniae et Podoliae.

Pentat. vernalis varietati griseae similis, sed distincte minor, antennarum colore, maculisque tribus punctiformibus flavescentibus in linea basilari scutelli abunde diversa.

Corpus supra obscurum, glaberrimum, nudum, punctis plurimis impressum, ovatum. Caput antice emarginatum lobo medio clypei lateralibus breviore, apice libero. Antennarum articuli omnes nigri, basi albi uti in *Pent. Baccarum.* Pronoti margines laterales *anguste pallide flavescentes.* Scutellum fuscum apice *flavescens;* in linea ejus basilari maculae tres minutae punctiformes flavescentes, pronoti margini posteriori contiguae. Hemielytra fusca, corio subtus rubicundo; membrana fuscescens angulo interno nigro. Abdomen supra nigrum, margine utrinque maculis quinque dilute flavescentibus. Venter subtus convexus, flavescens, punctis plurimis impressis, ostiis spiraculorum 5 utrinque, nigris et ante marginem totidemque maculis ocellaribus nigris. Pedes pubescentes, pallidi, interdum nigro-punctati. Tibiae *apice nigrae.*

Notae 1°. Color flavescens partium, in exsiccatis facile in albidum mutatur.

2°. *Cimex albipes* Fabr. Ent. Syst. suppl. 535. 163. et in Syst. Rhyng. 177. 114 ab ipso in *Cim. Gamma* correctus.

51. **Pent. Lynx** (Fabr.); virescens, roseo-tincta, ovato-subrotunda; abdominis margine extremo punctis ocellaribus atris, scutelloque in medio lineae basilaris punctis duobus atris; pronoto antice fusco striato*. Long. $3\frac{1}{2}$ lin.

Cimex Lynx Fabr. Ent. Syst. IV. 110. 118. Ejusd. Syst. Rhyng. 168. 68. Schaeff. ins. rat. Tab. XLVI. fig. 7. 8. Wolf. Icon. Cim. 100. 94. Tab. X. fig. 94. a. b. (satis bona).

Pentatoma Lynx Herr. Schaeff. in Panz. Cont. 113. 8. (bona).

Cimex Lynx Perthes MSS. ins. Lithu. et Pol. ex an. 1802. 167. 1070 [1]).

Habitat locis sylvestribus graminosis Lithuaniae meridionalis, et circa Varsaviam (Perthes).

---

1) „Cette espèce se rapporte beaucoup à la *Punaise baccarum.* Elle est d'abord plus „petite, et sa couleur est un *brun jaunâtre clair* et *mat* rémpli de points imprimés, *qui ne „sont point noirs.* La couleur *brun clair tire en quelque façon sur l'olivâtre.* Dès le com„mencement ou *extremité de la tête se panchent par la tête* et *aboutissent sur la moitié du „corcelet quatres rayons noirs,* deux au milieu et un au bord de chaque côté; l'épaule du „corcelet est un tant soit peu anguleux et teint de noir a l'extremité; *la base de l'écusson „est marqué par deux traits fort noirs* et il paraît même une infiniment petite à côté de la „grande. Le bord de l'abdomen offre des *taches noires par paire* à chaque separation d'an„neaux. Les antennes ont 5 articulations dont deux premières sont *rougeâtres* et minces, les „deux postérieures sont *noires* un peu grosses. Les pattes sont garnies d'un duvet très-fin." Long. 4 lin.

Magnitudo *Pentatomae oleraceae* sed latior; in structura *Pentatomae nigricorni* accedit. — Corpus parvum, late ovatum, rotundatum, supra opacum, lividum rubore suffusum seu coloris *caryophyllini,* subtus nitidum immaculatum, margo extremus abdominis dilatatus, maculis ocellaribus geminatis fuscis utrinque notatus, pedes concolores et antennae basi sanguineae optime hanc speciem a *Pent. nigricorni* distinguunt, cum qua praeter angulos pronoti in nonnullis characteribus convenit.

Caput parvum antice emarginatum; lobo medio clypei utrinque, lateralibus tantum margine, stria infuscata notatis quae in pronotum anticum continuantur. Oculi nigri. Antennae basi sanguineae, articulis duobus ultimis totis fuscis aut saltem quinto apice fusco, *secundo tertio longiore.* Pronotum late trapezoidale, convexum, antice parum declive lividum, saepe striis fuscis quatuor notatum; litura ordinaria obsoleta, postice purpurascens, angulis humeralibus *rotundatis* vix basin hemielytrorum excedentibus. Scutellum triangulari-conicum, concolor livido-purpureum; in linea basilari ejus duae maculae parvae, nigrae punctiformes et interdum duae aliae minutissimae versus singulum angulum una. Hemielytrorum corium roseo-lividum: membrana alba, immaculata. Abdomen postice rotundatum late marginatum supra nigrum: margine flavescente a hemielytris non obtecto ad commissuras annulorum extremas maculis minutis fuscis ocellaribus utrinque notato. Venter convexus, nitidus, concolor, pallidus. Spiraculorum abdominalium ostia obsoleta, illa pectoralia puncto nigro insignita. Pedes pallidi pilosuli. Femora supra in medio puncto nigro notata. Tarsi *ferruginei* aut *sanguinei.* Mihi tantum foeminae notae sunt.

Nota. Figura Wolfii repraesentat hanc speciem paulo nostra et Perthesiana minorem, nec ostendit illas strias 4. fuscas in capite et pronoto, nec puncta 2 nigra in scutello, quae tantum in speciminibus bene conservatis conspicua sunt.

52. **Pent. fibulata** * (Germ.); rotundata, grisea, supra nigro-punctata; pronoto latitudine abdominis postice angulato: angulis utrisque subrectis; hemielytris disco litura lutea rhomboidea introrsum aperta: sinu infumato; abdomine margine variegato; femoribus annulo nigro *. Long. 3 lin.

Pentatoma fibulatum; griseum, supra nigro-punctatum; pronoto mutico; abdomine margine variegato, hemielytris litura rectangula lutea notatis. Germar Faun. ins. eur. XIV. t. 10. (opt.).

Habitat in Podolia australi.

Species parva habitu inter *Pent. impressam* et *P. Lyncem* media, huic tamen magis propinqua, lituris minutis luteis in corio hemielytrorum ab omnibus hujus generis ex primo intuitu statim recognoscenda.

Corpus supra griseo-obscurum, opacum; punctis nigris impressis, rotun-

datum. Caput antrorsum angustatum, clypeo integerrimo; lobo medio laterales vix aut ne vix superante, striis longitudinalibus obsoletis flavis, marginalibus distinctioribus pone oculos sitis, notatum. Oculi globosi nigri. Antennae pallidae, articulo 4 et 5 nigris. Pronotum hexagonale; margo ejus anterior (cui postice tres fasciae brevissimae, luteo coloratae obsoletae, maculiformes contiguae sunt) late lunatim excisus, posterior truncatus, laterales tenue luteo marginati; dorsum parum convexum; anguli posteriores obtusissimi, humerales subrecti, latitudinem abdominis basi non excedentes. Scutellum basi rectangulum subito conico-obtusum. Hemielytrorum corii areae intermediae nervus costalis cum anastomosibus brevibus, obliquis transversim in lituram concavam, introrsum apertam, rhombeam, flavescentem tumidus, sinu maculam fuscam fovente. Membrana hemielytrorum grisea, circiter 5-nervia, angulo interno macula elliptica fusca, nervis indistinctis. Abdomen supra nigrum, margine prominente luteo variegato. Venter ferrugineus, nitidus, subtilissime nigro-punctatus, praeter maculas marginales segmentorum nigras, aliis destitutus. Ostia spiraculorum abdominalium concolora. Pedes subnudi, pallidi. Femora supra annulo nigro.

Mihi tantum foeminae innotuere.

53. **Pent. juniperina** (Linn.): elliptico-rotundata, olivacea, margine undique scutelloque apice flavis; antennis extrorsum nigris; humeris pronoti rotundatis latitudine abdominis *. Long. 4 lin.

Cimex juniperinus Linn. Faun. su. 930. De Geer Mém. III. 253. 1. Tab. XIII. fig. 1—8. Scopol. Ent. carn. 122. 359. Schaeff. ins. rat. Tab. XLVI. fig. 3. Fabr. Ent. Syst. IV. 109. 113. Ejusd. Syst. Rhyng. 167. 60 (excluso synonymo Geoffroy ad *Pent. prasinam α* pertinente!) Vill. Ent. Linn. 496. 57. Panz. Faun. ger. 33. 16 (*male colorata*). Wolf Icon. Cim. 54. 51. Tab. VI. fig. 51. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 369. 1303. Schellenb. Wanz. 10. Tab. I. fig. 1. (*color nimis dilutus*). Fall. Cim. su. 47. 12. Ejusd. Hem. su. 28. 12. Zetterst. ins. lapp. 260. 7. Burm. Handb. d. Ent. II. 369. 14.

Pentatoma juniperina Latr. Hist. nat. XII. 191. 23. Boit. Man. enc. 54. Amy. et Aud. Serv. Hém. 132. 5.

Pentatoma juniperinum Hahn. Wanz. II. 61. Tab. XLIX. fig. 150 (*antennis pedibusque totis viridibus!*).

Pitedia (ex ling. hebr.) Amy. Ent. Fr. 77. 61.

Habitat frequenter in Juniperetis totius Lithuaniae, aestate. Odorem ingratum spirat.

Propter staturam parum torosam et colorem *omnium partium* uti *capitis, pronoti, hemielytrorum, antennarum, abdominis pedumque* pulchre obscure viridem s. *olivaceum* stricto sensu, non facile cum *Pent. prasina, purpuripenni α*, aut *smaragdula α* confundi potest.

Sexus uterque similis. Corpus elliptico-rotundatum totum *olivaceum*,

subtiliter confertim ruguloso-punctatissimum. Caput fronte plana, antice parum emarginatum; *lobo medio* clypei lateralibus parallelis *apice acutiusculis* parum *breviore.* Pronotum valde transverso-trapezoidale leviter convexo-declive, litura normali a colore pronoti *non diversa*, angulis *humeralibus rotundatis latitudine abdominis.* — Margines laterales pronoti *utrinque,* costa hemielytrorum *basi,* margines abdominis *supra*, scutellum *apice* pulchre flavescunt. Antennae *basi olivaceae* superne *nigrae,* articulo scilicet tertio sub apice *quarto* et *quinto totis nigris: secundo tertio perspicue longiore.* Margo *flavus* abdominis *immaculatus* a hemielytris *obtectus* rarissime posteriora versus illa excedens. Membrana hemielytrorum *fuscescens* 8-nervia. Venter convexo-rotundatus *unicolor* olivaceo-viridis, ostiis spiraculorum concoloribus. Pedes olivacei. Tibiae pilosiusculae, posteriores *parum arcuatae.* Tarsi *fusco-nigrescentes.*

Maris valvula analis aperturam segmenti sexti ventralis obturans, convexa, simplex, superne emarginata. Foeminae valvulae anales sex: 4 superiores posticum marginem abdominis formantes, 2 inferiores rima conniventes.

Nota. Color pulchre flavus partium post mortem facile in sordide flavum aut in testaceum permutatur. Exsudatio pinguis ex toto corpore, citius post mortem in hac specie quam in congeneribus locum habet.

54. **Pent. prasina** (Linn.); supra viridis aut subrubescens; articulis antennarum extremis rufescentibus, apice fusco; scutello concolore; pronoti humeris auriculatis abdomen excedentibus, abdominis margine exserto supra ad incisuras pallido; ventre discolore ostiis spiraculorum nigris; femoribus supra medium puncto nigro notatis, tibiis posterioribus rectis *.

Minus magnitudine quam colore variat, qui ex natura dermatis secundum aetatem, tempestatem anni et locos natales, certas tantum haud mathematice limitatas, infra adductas formas producit. Modificationes virides cum *Pent. juniperina, P. purpuripenni α* et *P. smaragdula α*, rufescentes vero cum *P. purpuripenni β*, confundi possunt, sed neglectis aliis characteribus, structura capitis (constantissima!) et abdominis rectae determinationis viam subito indicabit.

Praeter characteres in diagnosi indicatas omnes formae *Pent. prasinae* in sequentibus inter se conveniunt:

Corpus ovatum, minus ovale quam in *P. juniperina* (propter arcus laterales marginum abdominalium in medio longitudinis magis convexos) *subtiliter confertim ruguloso-punctatissimum* uti in *P. juniperina.* Caput *elliptico-rotundatum,* ad oculos parum latius, fronte plana antice subemarginatum; lobo medio clypei antrorsum *acutiusculo* lateralibus extus *arcuatim convergentibus*, supra illum *conniventibus, breviore.* Pronotum late transversum, a hu-

meris declive, litura antica ordinaria *concolore*, angulis humeralibus *rotundatis* in auriculas breves, latas, *basin abdominis excedentes* porrectis. Scutellum triangulari-conicum. Corium hemielytrorum, ab angulo scutellari oblique recte truncatum. Antennarum articuli extremi et tibiae cum tarsis pilosiuscula. Tibiae *duo* posteriores cum reliquis *rectae!* Longitudo relativa articulorum in antennis variat. Quartus et quintus semper sunt cylindrico-clavati reliquis longiores, secundus aut aequalis tertio aut *minus perspicue* illo longior, aut brevior.

α. genuina: viridis; latera pronoti rubro *non marginata:* antennarum articuli duo extremi rufescentes aut saltem ultimus apice fuscus; membrana hemielytrorum albida, angulo interno macula fusca *. Long. 5—6 lin.

Cimex prasinus Linn. Faun. su. 931. De Geer Mém. III. 266. 9. Fabr. Ent. Syst. IV. 109. 111. Ejusd. Syst. Rhyng. 166. 58. Villers Ent. Linn. 497. 58. Stoll. Punais. 74. Tab. XIX. fig. 127. Wolf. Icon. Cim. 55. 49. Tab. VI. fig. 49. (apice capitis integro, descriptioni contradicente!). Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 371. 1305. Fall. Cim. su. 47. 11. Ejusd. Hém. su. 28. 11. Burm. Handb. d. Ent. II. 370. 17. Donov. Brit. Ins. IV. Tab. 123 (bona!).
Pentatoma prasina Latr. Hist. nat. XII. 190. 21. Boit. Man. enc. 54. Amy. et Aud. Serv. Hém. 131. 3.
Pentatoma prasinum Hahn. Wanz. II. 60. Tab. XLIX. fig. 149. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. 115. 8 (bona).

Viridis immaculata. Antennarum articuli tres priores viridescentes, duo reliqui rufescentes aut ferruginei modo concolores, modo ultimo apice fusco. Pedes virides, tarsis nigris aut fusco-ferrugineis.

Habitat rarius in sylvis regionum magis australiorum Lithuaniae, in Volhynia et Podolia frequentissima. Non tantum succo plantarum, sed more formarum sequentium ex rapina larvarum Pyralidum victitat. Haec tantum cum *Pent. smaragdula α* confundi potest.

β. dissimilis; supra viridis subtus dilutior vel carnea; pronoti latera *rubromarginata:* antennarum articuli ultimi duo fusci, aut saltem inferior basi ferrugineus; membrana fusca *. Long. 5 lin.

Cimex dissimilis Fabr. Ent. Syst. IV. 109. 112. Ejusd. Syst. Rhyng. 167. 59. Vill. Ent. Linn. 503. 72. Panz. Faun. germ. 33. 15 (bona). Wolf. Icon. Cim. 53. 50. Tab. VI. fig. 50. a. b. (optim.!) Schaeff. ins. rat. Tab. XLVI. fig. 1. 2. (secund. Jllig.!).
Pentatoma dissimilis Latr. Boit. Man. 54. Amy. et Aud. Serv. Hém. 131. 2.
Procopops Amy. Ent. Fr. 78. 62.

Habitat frequens in fruticetis et hortis per totam Lithuaniam, aestate.

Aestivalis haec modificatio frequentissima, colore prasino-viridi in superficie superiore omnino praecedenti similis. Oculi hujus saltem in vivo apud mares testaceo-rubri. Antennarum articuli basilares primus, secundus et tertius modo pallidi apud mares, modo viridescentes apud foeminas, conco-

lores: quartus et quintus in utroque sexu fusci basi discolores, aut saltem quartus basi ferrugineus. Pronoti litura interdum obsoleta rufescens, sed margines laterales in vivis pulchre roseo cincti. Scutellum basi convexum, summo apice passim anguste subrufescens. Hemielytra pronoto et scutello concolora venis quandoque rubicundis licet rarissime percursa. Membrana hemielytrorum semper fusca, nitida. Abdomen supra nigro-coerulescens. Commissurae segmentorum marginis abdominalis strigis rufescentibus transversis notatae quae tamen nunquam maculas symmetricas formant. Venter in vivo laevissimus, nitidus, praesertim apud mares incarnatus: ostiis spiraculorum nigris, in utroque sexu post mortem rufescit. Occurrunt specimina foeminea quibus saltem anus virescit, alia demum specimina foeminea, totum subtus corpus aequaliter cum pedibus sordide testaceum, ostendunt. Pectus subtus, ventri concolor in utroque sexu, apud foeminas interdum virore admixto. Pedes modo viridescentes, modo ferrugineo testacei *immaculati.* Femora tantum inferne supra medio puncto nigro distincto notata. Tibiae rectae. Tarsi testacei aut testaceo-viridescentes.

Mas maxima ex parte differt a foemina: pedibus corporeque subtus magis ferrugineo-rubris, antennarum articulis inferioribus dilutioribus, extremis duobus distinctius basi rufo-annulatis, praesertim autem structura ani, quae post mortem retractis genitalibus, semiannulum late marginatum margine ciliatum, inferne parum retusum, refert.

In foemina quantum videre licuit in eodem tempore, pedes obscuriores aut magis sordido colore tincti; antennarum articuli quartus et quintus minus distincte basi rufescentes, et in ano conspiciuntur valvulae imbricatae 6, quarum 4 sub apice abdominis sitae horizontales, duae minores inferiores perpendiculares, interno margine conniventes.

γ. *discolor;* supra *ferrugineus* subtus viridis Wolf Icon. Cim. 178. 177. Tab. XVIII. fig. 177. Long. 5 lin.

Habitat cum praecedente versus finem aestatis.

Est praecedens quae jam dorsum ferrugineum habet, seu caput, pronotum, scutellum et elytra obscure rufo-ferruginea. Antennarum articuli 3 inferiores rufescentes, 4 apice 5 ex toto fuscus. Pronotum ad latera fusco-purpureo-marginatum aeque ac abdomen, quae adhuc subtus *viridia* sunt. Pedes virides. Tarsi rufescentes. Membrana hemielytrorum fusca, punctum nigrum in femore, ostia spiraculorum abdominalium et pectoralium nigra. Transit facile in sequentem:

δ. *subrubescens* * supra ferrugineo-rubra, subtus cum pedibus ferrugineo-testacea; pronoti margine laterali subdiscolore.

Pentatoma frutetorum, P. subrubescens et *P. arbustorum* in Mus. berol.!!

Habitat sero autumno in hortis et fruticetis inter folia dejecta, in quibus sedendo radiis solaribus delectatur.

Omnibus characteribus praecedenti convenit excepto colore. Hujus caput, pronotum, scutellum et elytra ferrugineo-rubra, subtus cum pedibus ferrugineo-testacea, limbo pronoti et apicis scutelli dilutiore.

Nota. *Pentat. prasinam* gramineo-viridem (vert-pré) supra subtusque tenue fusco-punctatam, membrana hemielytrorum *viridi* (d'un vert pâle), et capite integerrimo qualem describunt Amy. et Aud. Serv. (Hém. 131. 3) nunquam mihi in collectionibus, nec in natura videre licuit. Synonyma ab illis sub *P. prasina* citata, ad nostram pertinent.

Subdivisio Octava. Caput antice subintegrum. Antennarum articulus secundus tertio perspicue longior. Pronoti anguli humerales in auriculas porrecti. Abdomen marginatum subtus convexum, segmento secundo ventrali basi mutico: MORMIDEA Amy. et Aud. Serv. Hém. 134. 97.

55. **Pent. nigricornis** (Fabr.); flavo-brunnea aut fusco varia; pronoti auriculis acutis, antennis, clypei lineis, maculis marginalibus abdominis, punctoque femorum nigris; scutello basi concolore *. Long. $5\frac{1}{2}$ lin.

Cimex nigricornis Fabr. Ent. syst. IV. 94. 59. Ejusd. Syst. Rhyng. 157. 8. Stoll. Punais. Tab. XXIX. fig. 210. Schaeff. ins. rat. Tab. LVII. fig. 1. 2. Villers Ent. Linn. 491. 41. Wolf. Icon. Cim. 137. 132. Tab. XIV. fig. 132. a. b. c. d. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 367. 1299. Fall. Cim. su. 47. 9. Ejusd. Hem. su. 27. 9. Burm. Handb. d. Ent. II. 369. 15.
Cimex purpuripennis De Geer Mém. III. 258. 5. Tab. XIII. fig. 15—22.
Cimex pudicus Schrk. Enum. 277. 524.
Pentatoma nigricornis Latr. Hist. Nat. XII. 187. 11. Boit. man. enc. 53. Hahn Wanz. II. 58. Tab. XLVIII. fig. 147. (varietas *pallida cum striis 4 occipitalibus nigris*).
Pentatoma nigricorne Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 113. 9 (bona).
Mormidea nigricornis Amy. et Aud. Serv. Hem. 135. in nota.
Mormidea Amy. Ent. Fr. 80. 65.

Habitat in sylvis et hortis praesertim Lithuaniae mediae et meridionalis, in plantis cichoraceis. Circa Varsaviam (Perthes).

Magnitudo praecedentis. Supra subferruginea v. testaceo-grisea *ruguloso impresso nigro-punctulata, opaca*, subtus concolor, flavescens. Caput antice angustatum subemarginatum: lobo medio clypei apice libero lateralibus parum breviore. Oculi nigri. Antennae excepto articulo basilari rufo totae nigrae: articulus secundus tertio longior. Anguli humerales pronoti ad auriculas breves *acutas* apice nigras reducti. Scutelli subconcoloris apex sensim dilutior flavescens licet ferrugineus. Hemielytra ferruginea: membrana opaca flavescens, angulo interno sub apice scutelli abscondito, nigro. Abdomen supra nigrum, postice hemielytris latius, margine acuto supra pallide variegato, subtus concolor, flavescens, ostiis spiraculorum non maculatis. Pedes pilosuli, pallidi, femoribus puncto inferne nigro. Ungues nigri.

Color capitis variat. Varietas occipite nigro, striis quatuor in pronotum elongatis, frequenter occurrit in Lithuania media. In normali insecto striae capitis et pronoti obsoletae vel obliteratae.

Nota 1. *Pentatoma Eryngii;* rubro-fusca v. fusco-rubra, punctata, pronoto antice striis quatuor abbreviatis, totidemque lineae basilaris scutelli maculis punctiformibus, nigris; scutello basi concolore, apice pallido, ultimis quatuor antennarum articulis nigris. Hahn. Wanz. II. 59. Tab. XLVIII. fig. 148. non Germ.! Long. 5 lin. circ.

Habitat in Lithuaniae et Volhyniae variis plantis cum praecedente, cujus mera varietas est pronoto antico striis 4 nigris distinctius notato, punctisque 4 nigris in linea basilari scutelli, quod ibidem semper concolor, apiceque flavescit.

Nota 2. *Cimex Eryngii* Villers. Ent. Linn. 523. 142 est Phytocoridis species mihi ignota.

56. **Pent. lunula** (Fabr.); supra rufa, opaca, subtus flavescens subnitida: ventre disco triseriatim nigro-punctato; pronoto antice strigis quatuor nigris; scutelli basi apiceque pallido: disco maculis 5 nigris; auriculis humeralibus rotundatis, porrectis; abdominis margine supra maculis quadratis nigris et aurantiacis notato; antennis rubris: extremis articulis duobus nigris*. Long. circ. 5 lin.

Cimex lunula; thorace obtuse spinoso supra rufus antice lineolis, scutello lunulis duabus baseos apiceque albis Fabr. Ent. Syst. IV. 96. 64! Ejusd. Syst. Rhyng. 158. 14.

Pentatoma Lunula Latr. Boit. Man. enc. 52.

Cimex Eryngii; subferrugineus, thorace obtuse spinoso, punctis antice quatuor, scutello duobus nigris Germ. in Ahrens Faun. ins. eur. II. 21. (fide specim. a clar. auct. communic.!, quae cum Mus. berolin. comparavi!) non Hahn!

Cimex varius; thorace obtuse spinoso, supra rufus subtus flavescens, scutello nigro basi apiceque albo. Fabr. Ent. Syst. IV. 95. 63. Ejusd. Syst. Rhyng. 158. 13.

Pentatoma varia Latr. Boit. Man. enc. 53.

Pentatoma varium Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 126. 20. (male colorata, sed character scutelli bene expressus).

Habitat in Podolia australi.

Pent. nigricorni affinis, sed pluribus notis diversissima. Convenit capitis, pronoti, scutelli, pedumque fabrica, membrana hemielytrorum abdomineque subtus flavo. Differt ab illo *a.* magnitudine minore, *b.* colore corporis eximie rufo, *c.* striis capitis et pronoti nigris valde expressis; *d.* antennarum tribus prioribus articulis sanguineis, quarto et quinto nigris; *e.* auriculis humeralibus pronoti, oblongis rotundatis; *f.* pictura scutelli singulari; *g.* margine abdominali pulcherrime variegato; et *h.* ventre triserialiter punctato.

Corpus supra rufum vel potius brunneo-purpureum, impresso-punctulatum, opacum. Caput antice rotundatum, *lobis clypei omnibus fastigiatis apice subdehiscentibus.* In capite striae nigrae tres, duae marginantes simplices et

tertia media postice furcata, in pronotum continuantur. In pronoto antico striae nigrae duae marginales medio late interruptae, duae mediae interiores, et duae laterales, omnes sex subito abruptae, aequilatae, vittas nigras abbreviatas formant; litura transversa normalis obsoleta. Antennarum tres priores articuli sanguinei aut aurantiaco-rubri, 4 et 5 nigri; secundus tertio *multo* longior. Scutellum disco rufum, cum maculis nigris quinque, basi apiceque flavescit. Maculae duae parvae nigrae semicirculares in linea basilari scutelli, areis semicircularibus flavescentibus duplicem *v* seu literam *w* formantibus inclusae; tertia macula nigra circularis sinu acuto hujus literae contigua, quarta et quinta oblongae parallelae sub ipso apice scutelli, minus expressae sunt. Hemielytra rufa. Membrana griseo-flava cum macula in angulo interiori fusca. Abdomen postice hemielytra excedens, marginatum, supra nigrum; margine pulchre maculis *quadratis* nigris et aurantiacis, variegato. Venter flavescens; ostia spiraculorum abdominalium concolora, pectoralia punctis nigris indicata. Praeterea, in singulo segmentorum ventralium tertio, quarto et quinto, puncta tria nigra distantia: duo lateralia ad marginem anteriorem (in directione ostiolorum pectoralium) tertium centrale ad marginem posteriorem (in directione carinae sternalis). Pedes pilosuli pallidi aut sanguinei, *immaculati*. Femora subtus, apicem versus *puncto nigro*. Tarsi modo pallidi, modo fusci.

Nota. *Cimicem lunulam* et *Cim. varium* Fabricii in unam speciem combinandos esse, suadent numerosa specimina in Museo berolinensi sub *Pent. varia* asservata; antennis nigris instructa (ex Hispania) ad *Cim. varium*, sanguineis autem (e Gallia et Dalmatia) ad *Cim. lunulam* spectant. — *Pentatoma Eryngii* cl. Germ. et *Pent varia* Herr. Schaeff. cum Fabriciana *Cim. lunula* omnino conveniunt, et a Podolicis supra descriptis non differunt.

Subdivisio Nona. Caput antice subintegrum, lobis clypei lateralibus supra medium exacte conniventibus. Antennarum articulus secundus tertio perspicue brevior. Pronoti humeri in auriculas longe producti. Abdomen valde marginatum. Venter convexus cum rudimento spinae basilaris. Tropicoris Hahn. Herr. Schff. Wanz. VII. 85. Cimex Amy. et Aud. Serv. Hém. 149. 108.

57. **Pent. rufipes** (Linn.); supra ferrugineo-fusca, punctata, subopaca, subtus cum pedibus rufo-sanguinea nitida; pronoti auriculis rotundato-truncatis, postice abrupte apiculatis; antennarum basi scutellique apice rufis. Long. $6\frac{1}{2}$ lin.

Cimex rufipes Linn. Faun. su. 922. De Geer Mém. III. 253. 2. Fabr. Ent. Syst. IV. 93. 56. Ejusd. Syst. Rhyng. 156. 5. Vill. Ent. Linn. 488. 31. Schaeff. ins. rat. Tab. LVII. fig. 6. 7. 8. Wolf. Icon. cim. 9. 9. Tab. I. fig. 9. Schellenb. Wanz. II. Tab. I. fig. 3. Rossi

Faun. etr. ed. Jllig. II. 367. 1298. Fall. Cim. su. 46. 7. Ejusd. Hem. 26. 7. Zetterst. ins. lapp. 259. 2. Amy. et Aud. Serv. Hemipt. 149. 1.

Pentatoma rufipes Latr. Hist. nat. XII. 188. 14. Boit. Man. 53. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 113. 11. (optima!).

Tropicoris rufipes Hahn. Wanz. II. 54. Tab. XLVII. fig. 145.

Tropicoris Amy. Ent. Franç. 86. 70.

Habitat frequenter in hortis et ambulacris ad truncos arborum praesertim *Populi fastigiatae* et *moniliformis*, quarum folia Bombycis dispar in quibusdam annis depascentes larvas persequitur et necat. Odorem fortissimum ingratum spirat.

E majoribus est. Corpus supra ferrugineo-fuscum rugulosum, confertim impresso-punctatum, saepe in scutello paulo aenescens, in capite et pronoto magis infuscatum. Caput ellipticum ad verticem planum apice subintegrum, clypeo parum supra marginato, totis ejus lateralibus supra medii apicem acutiusculum arcuatim conniventibus. Ocelli distantes, occipitales, minuti nitidissimi, rubicundi. Antennae tenues, longitudine dimidii corporis; articuli earum vel tantum tres ferruginei, et duo apicales fusci, vel et quartus et interdum et quintus basi annulo rufo. Totas ferrugineas antennas nunquam vidi, secundum articulum tertio perspicue breviorem semper inveni. Pronotum late transversum, devexum, subhexangulare; ejus: litura ordinaria distincta infuscata aut rufescens; margo anterior lunatim excisus, posterior recte truncatus, laterales exteriores arcuati (margine granulato-tuberculato uti in quibusdam Asopis), laterales posteriores subrecti; anguli anteriores pone oculos mucrone brevi armati, humerales s. humeri auriculas porrectas ascendentes rotundato-truncatas formant, extrorsum apiculo terminatas. In dorso corporis ab occipite ad apicem scutelli stria plus vel minus distincta rufa. Scutellum conico-triangulare rugoso-punctatum, apice *rufo*. Hemielytra fusco-punctata. Membrana fuscescens, nitida, 8-nervia. Corpus subtus cum pedibus rufo vel sanguineo-ferrugineum, immaculatum, nitidum, quasi vernice obductum. Abdomen valde marginatum, supra nigrum, margine integerrimo arcuato, maculis quadratis rufis nigrisque variegato. Venter minute punctatus, convexus, ostiis spiraculorum fuscis. Pedes rufi vel sanguineo-ferruginei immaculati, concolores. Femora et tibiae normales. Tarsi pallidi. — Corium metasterni rugulosum, opacum, cum ostio organi odoriferi, valde conspicuo. Sexus uterque similis, at praeter discrimen in ano apud mares margo abdominis subtus saepe distinctius fulvo-variegatus.

Confundi tantum potest cum *Asopo sanguinipede* ex similitudine habitus, sed hujus auriculae humerales postice non abrupto-apiculatae, femora anteriora subtus armata, tibiae anteriores dilatatae et alia structura rostri.

Subdivisio Decima. Caput antice rotundatum, *integerrimum*. Antennarum

articulus secundus aut longitudinis tertii aut illo parum longior. Pronoti anguli humerales parvi parum prominentes. Abdomen marginatum. Venter convexus: segmento secundo antice spina porrecta armato: Raphigaster Laporte Hém. 59. Amy. et Aud. Serv. Hém. 145. 107.

58. **Pent. punctipennis** (Jllig.); supra griseo-nebulosa, subtus flavescens, antennis et margine abdominis serrati, nigro fulvoque variegatis; spina ventrali pedes anticos attingente; membrana hemielytrorum albida fusco-punctata *. Long. 6—7 lin.

Cimex nebulosus Poda mus. graec. 56. (sec. Scopoli).

Cimex Baccarum Scopol. ent. carn. 123. 360. ic. 360 (bona) non Linnaei! Stoll. Punais. 32. Tab. VI. fig. 46!

Cimex interstinctus Schrank Enum. austr. 526. non Linn.!

Cimex griseus Fabr. Syst. Ent. IV. 116. 140 et Ejusd. Syst. Rhyng. 171. 87 (exclusis synonymiis Linnaei et De Geeri ad *Acanthosomat. griseam* pertinentibus. Schaeff. ins. rat. Tab. XLI. fig. 1—3. (opt.). Panz. Faun. germ. 33. 19 (bona). Wolf. Icon. Cimic. 59. 56. Tab. VI. fig. 56 (opt.). Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 371. 1306 (quo ad diagnosin Fabricianam!)

Pentatoma grisea Latr. Hist. nat. XII. 192. 29. Boit. Man. 54.

Cimex punctipennis Jlliger in Rossi Faun. etr. II. (1807). 372. 1306. in nota. Burmeister Handb. d. Ent. II. 365. 2.

Raphigaster griseus Ramb. Faun. And. II. 126. 2.

Raphigaster punctipennis Amy. et Aud. Serv. Hém. 148. 1.

Raphigaster punctipennis Amy. Ent. Fr. 85. 69.

Habitat in plantis, muris, sepibus hortorum et truncis arborum Volhyniae et Podoliae; frequens vernali tempore, rarior autumno. Tarde incedit, odore foetidissimo *Cimici lectulario* simili, alias hujus generis excellit.

E majoribus est. Supra livida aut grisescens *cum nitore metallico*, punctis numerosis parvis impressa in capite et pronoto strias maculasque parvas irregulares sed praesertim in scutello maculas majores formantibus. Caput *griseum* vertice plano, ab oculis elliptico-rotundatum integerrimum, lobis clypei omnibus fastigiatis, coalitis, lateralibus parum *marginantibus*, medio lineari. Oculi nigri. Rostrum dimidii corporis longitudine, flavescens, apice nigro. Antennae variegatae; articuli duo basilares toti nigri, duo ultimi aut 3, 4 et 5 basi ad dimidium *albido* aut *fulvo* annulati; secundo aut longitudine tertii aut parum illo longiore. Pronotum antice valde declinatum, griseum cum nitore metallico; liturae ordinariae transversae minus distinctae: margines laterales glaberrimi; anguli humerales ad auriculas breves parum prominentes, obtusas postice oblique retusas, apice nigricantes deducti. Scutellum triangulari-conicum, coloris pronoti cum maculis nigris irregularibus majoribus, una in disco, duabus oppositis ad marginem sub apice, qui flavus est. Hemielytra coloris scutelli. Membrana griseo-alba maculis fuscis sym-

metricis, rotundatis, parvis, pulchre punctata. Alae costa fusca. Pectus flavescens. Abdomen supra nigrum, late marginatum, hemielytra parum excedens; margo serratus, variegatus: in medio scilicet cujuslibet segmenti cujus angulus exterior in dentem prominet, macula pulcherrima fulva, omegae inversae forma ℧, sinu exteriora spectans, et in commissura nigra singulorum duorum segmentorum, punctum flavum nigro-pupillatum. Maculae ex commissuris nigrae utrinque sex, exteriores utrinque incompletae. Venter flavescens, punctis atris sparsis variae magnitudinis notatum; inter haec ostia spiraculorum etiam nigra nitida. Segmentum ventrale secundum subito in spinam rectam valde acutam, pedes anteriores attingentem, elongatum. *Pili aliquot sparsi: in pectore* et *sub apice ventris brevissimi, in femoribus longiores.* Anus apud foeminam late truncatus, 4-dentatus subtus pilosulus, dentibus intermediis minutis. Pedes grisescentes v. flavescenti-testacei-fusco-punctati. Femora apice nigra *ante apicem puncto nigro.* Tibiae *basi* et *apice nigrae* infra medium more generis denticulo armatae. — Mares mihi ignoti.

Nota. In magnitudine et colore magis minusve diluto parum variat. Specimina antennarum 3 articulis basi annulatis rarius ocurrunt, at annuli colore fulvo minus frequentes sunt albis. Wolfius memorat varietatem omnibus articulis antennarum basi albis ut in *Pent. Baccarum* cum qua varii Entomologi circiter per dimidium saeculi speciem hanc confundebant.

59. **Pent. purpuripennis** (Hahn); supra virescens aut purpurea, subtus livida; antennis tarsisque sanguineis; abdominis margine flavo immaculato; spina ventrali pedes medios attingente; membrana hemielytrorum albida immaculata*. Long. $5\frac{1}{2}$ lin.

α. griseo-viridis; corpore supra griseo-viridi:

Cimex prasinus Schrank Faun. boic. II. 73. 1105. non aliud.

Pentatoma juniperina Leon Duf. Réch. Hém. 28 (exclus. omnibus synonymiis!)

Pentatoma alliaceum; thorace mutico, supra virescens nigro-punctatum; thoracis margine pallido subtus albidum, immaculatum Germ. Faun. ins. eur. IX. 14. optim.! (fide specim. a clar. auct. communicat.!)

β. purpuripennis: corpore supra purpureo, pronoto antico scutelloque pallidis:

Pentatoma purpuripennis Hahn. Wanz. II. 62. Tab. XLIX. fig. 151. (bona).

Pentatoma incarnatum; thorace mutico, oblongo-ovatum, punctatum, pallidum, thorace postico hemielytrisque carneis; sterno antice mucronato Germ. Faun. ins. europ. IV. 23. optima! (fide specim. a clar. auct. communicat.).

Pentatoma purpuripenne Blanch. Hist. nat. ins. III. 149. 10.

Cimex lituratus Klug in Burm. Handb. d. Ent. II. 365. 3.

Rhaphigaster purpuripennis Amy. et Aud. Serv. Hém. 148. in nota.

Porphyrendya Amy. Ent. Franç. 84. 68.

γ. *rosea;* corpore supra toto roseo-lilacino (ad specim. quae Berolini in Mus. cl. Prof. Ruthe vidi).

Habitat frequenter in hortis, ambulacris locisque sylvaticis a primo vere ad serum autumnum α in Podolia, β et γ in Lithuania meridionali et Volhynia.

Species more generis mutationi quo ad colorem dermatis in dorso valde obnoxia, nihilominus tamen characteribus firmis certisque distinctissima nec facile cum sequente aut cum *Pent. prasina* confundenda, cum quibus si magnitudine habitu et conformatione abdominis conveniat, pluribus tamen notis abhorret. Praesertim a *Pent. prasina* ejusque modificationibus distinguitur: *a.* capite lato, quadrato, antice integerrimo; *b.* antennis tarsisque concoloribus; *c.* membrana hemielytrorum alba immaculata; *d.* femoribus immaculatis; *e.* ostiis spiraculorum abdominalium nigris; *f.* abdomine margine concolore et *g.* spina ventrali.

Corpus supra praesertim: caput, pronotum et hemielytra dense impresso-nigro punctulata. Puncta in pectore et ventre, propter impressiones fundo nigro carentes, vix perspicua apparent. Color vivi insecti supra modo uniformis, laete viridis, modo viridis colore lilacino-roseo suffusus, sed ille post mortem in exsiccatis in griseo-viridem, hic in incarnatum aut purpureum permutatur. In forma β occurrunt individua, quae *caput, pronotum anticum* et *scutellum fuscescenti viridia* ostendunt, reliquis partibus immutatis purpureis. Areae corii hemielytrorum in variis suis partibus etiam praevalentem unum alterumve ex his coloribus, exhibent. Magnitudo parum variat. Formam α et γ constanter paulo minorem quam β vidi. In omnibus formis:

Caput *fronte plana, subquadratum antice lato rotundatum subtruncatum.* integerrimum; lobo clypei medio sursum non prominulo, laterales *parum excedente aut cum illis fastigiato,* sed *nunquam* breviore, exacte lineari. Antennae *totae concolores,* pulchre *sanguineae,* articulo primo breviore, *tamen apice extus clypei* ut in *Acanthosomatibus* conspicuo. Oculi fusco-viridescentes, medio obscuriores. Corpus nudum *glaberrimum.* Pronotum convexum, *sensim* declive: litura transversa ordinaria, angusta, sub forma striae flavescentis; anguli humerales, parum basin abdominis excedentes, deflexi, obtuse rotundati, postice introrsum subtruncati. *Margines* pronoti *laterales* et *basis costae* hemielytrorum *discolores* in vivis pulchre colore *flavescente* obductae. Scutellum magnum *late conicum,* semper *concolor.* Hemielytra plana: membrana opalino-alba, obsolete nervosa. Abdomen elliptico-ovatum supra deplanatum nigrum, *margine flavescente concolore,* hemielytra postice *parum* excedente. Corpus supra nudum, parum nitidum, subtus viridi-flavescens (lividum), aut testaceo-flavum, *nec maculatum,* nec *conspicue* impresso-punctatum, exceptis ex utroque latere quinque ostiis spiraculorum abdominalium,

puncto rotundato nigro notatis. Spina basilaris ventralis e segmento secundo oriunda pedes intermedios attingit. Femora et tibiae coloris abdominis nulla macula nec puncto notata. Tarsorum articuli saepissime *sanguinei*, rarius cum tibiis concolores.

Sexus uterque similis. Structura ani eadem ac in *Pent. prasina.*

Adnotationes. 1°. Pronoti marginem posteriorem scutello proximum *nunquam* „in arcum excisum" sed semper rectum in omnibus formis inveni.

2°. „Sternum elongatum mucronatum" in ulla specie hujus generis existit; hallucinatione singulari vel lapsu calami spina basilaris ventralis pro sterno elongato sumpta fuit, quod tantum in sequente genere exstat.

3°. Spinam ventralem a Hahnio in forma β, a clar. Germar in α praetervisam, constantissimam in omnibus modificationibus hujus speciei deprehendi.

4°. Figura Hahnii vitiose caput antice emarginatum repraesentat.

5°. Abdomen subtus „nigro-punctatum" nunquam vidi; verba haec in descriptione Hahnii ad ostia spiraculorum abdominalium alleganda sunt.

Subdivisio Undecima. Caput antice rotundatum, *integerrimum*, lobo clypei medio laterales *subsuperante*. Antennarum articulus secundus tertio parum brevior. Venter subtus *carinatus* cum rudimento spinae basilaris: Nezara Amy. et Aud. Serv. Hém. 143. 106. — Structura ventris subgenus hoc transitum ad *Acanthosoma* fecit, sed defecta laminae sternalis ab illo differt.

60. ***Pent. Smaragdula*** (Fabr.); viridis, scutello punctis tribus baseos flavis. Long. 6—7 lin.

α. capite et pronoto unicoloribus:

Cimex Smaragdulus Fabr. Ent. Syst. IV. 109. 114. Ejusd. Syst. Rhyng. 167. 61. Wolf. Icon. Cim. 56. 33. Tab. IX. fig. 53.

Cimex variabilis Vill. Ent. Linn. 505. 82.

Pentatoma Smaragdula Leon Duf. Réch. Hém. 29. 4.

Pentatoma Smaragdulum Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 115. 7. ♀.

β. capite et pronoto antico, flavis:

Cimex torquatus Fabr. Ent. Syst. IV. 108. 107. Ejusd. Syst. Rhyng. 166. 56. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 370. 1304.

Pentatoma torquata Latr. Hist. nat. XII. 190. 20. Boit. man. Enc. 54.

Raphigaster torquatus Herr. Schaeff. Wanz. IV. 100. Tab. CXLII. fig. 447.

Nezara smaragdula Amy. et Aud. Serv. Hém. 144. 1.

Nezara Amy. Ent. Franç. 82. 66.

Habitat in campis Podoliae australis, praesertim in variis speciebus Verbasci; α aestate haud rara, β saepius autumno.

Major et longior quam *Pent. prasina*, supra *opaco* laete viridis, dense impresso-punctata. Caput fronte plana, antice integerrimum in β flavescens. Antennae *variegatae*, articuli tres priores apice, reliqui toti ferruginei. Pronotum viride in β saepe usque retro lituram transversam ordinariam, flavescens: latera ejus *tenue flavo* marginata. Scutellum *in linea basilari punctis tribus minutissimis pallide flavis* notatum, quae interdum obliterantur, sed manet semper in adultis *punctum nigrum vix conspicuum in angulo singulo baseos scutelli*. Hemielytra plana: membrana pellucida alba. Abdomen *leviter subtus carinatum cum spina basilari apice obtusa*. Margo abdominis flavus immaculatus.

Gen. XI. ACANTHOSOMA Curtis Brit. Ent. I. Tab. 28!

Char. art. Caput oblongum, antice integerrimum. Antennae margini clypei affixae: articulo primo exserto. Rostrum tenue, basi sulco mentali recondita. Crista sternalis laminata inter pedes anteriores porrecta, spinae ventrali, rostroque interposita. Scutellum triangulari-acuminatum. Venter carinatus. Tarsi biarticulati. — Insertio antennarum, fabrica suturae sternalis, forma ventris et scutelli nec non tarsi biarticulati, genus hoc inter omnia hujus Tribus distinguunt.

Char. nat. Caput insertum, parvum, oblongum, subtriangulare: clypeo rotundato, integerrimo, *lobo* medio laterales *distincte excedente*, hinc antice quasi trilobo. Oculi et ocelli duo normales. Antennae 5-articulatae, *fere in ipsa linea a canto oculorum ad apicem clypei ducta, insertae, articulo primo marginem clypei longe excedente,* secundo tertio longiore, 4 et 5 aut saltem 5 crassiore, cylindricis, pilosiusculis. Rostrum tenue, thorace longius, pedes posteriores attingens, *juxta latus sinistrum laminae sternalis extensum,* articulo primo sulco mentali recondito. Pronotum antice angustius postice latius, trapezoidale, cum capite triangulum fere formans, antrorsum declive, marginibus lateralibus subrectis, *laevissimis*, angulis humeralibus variis. — Scutellum sat magnum fere medium abdominis attingens, subtriangulare *abrupte acuminatum*. Raphe sternalis inter pedum anteriorum insertionem gradatim in laminam elevata; pars laminae antica altior cristatim rotundata usque ad apicem praesterni extensa, postica inter pedes medios, depressa, apicem spinae ventralis excedente. Hemielytra basi a scutello non obtecta, *latitudine abdominis:* membrana 5—8-nervia, nervis parallelis uno alterove furcatim diviso, apice abdominis longior. Abdomen *oblongo-trapezoidale* seu a basi posteriora versus, sensim cuneatim attenuatum, marginatum, *ano truncato:* in dorso ejus sub hemielytris a scutelli apice ad anum *sulcus* aut carina medio sulcata. Venter longitudinaliter carinatus, *segmento*

secundo in spinam producto, quae parti posticae laminae sternalis incumbit aut lateri ejus *dextro* adpressa est. Pedes normales. Femora mutica. Tibiae pilosulae, muticae, prismaticae, anteriores duae more Tribus infra medium denticulo armatae. Tarsi *concinne biarticulati.* Articulus *primus* tarsorum *secundo brevior.* Ungues simplices. Pulvilli membranacei. Corpus majoris, mediae aut minoris magnitudinis, oblongo triangulari-trapezoidale, supra praesertim impresso-punctatum, nitidum, glaberrimum, quo ad colorem variationi in variis partibus obnoxium.

Differentia sexus versatur in structura segmenti septimi s. analis, quod organa copulationis et generationis fovet. Apud foeminas segmentum hoc ex toto in sexto profunde exciso occultatum e valvulis sex imbricatis, conflatum est, quarum duae laterales superiores maximae, poro respiratorio pertusae, duae intermediae minores triangulares, duae infimae rimatim connivent. Apud mares segmentum septimum etiam in sexto profunde exciso immersum est, sed prominet extus margo, cujus anguli laterales et pars inferior valde conspicua dense ciliata sunt, centrum autem retractum.

Acanthosomates victitant exclusive vegetabilium succo et omnes odorem fortissimum ingratum spirant. Ostium excretorium bursae odoriferae in metanoto rimatim hiat.

Acanthosomates a Pentatomatibus et Asopis differunt 1°. corporis forma; 2°. margine clypei et relatione ad ejus longitudinem antennarum articuli primi, qui propter insertionem in ipsa fere linea ab oculis ad apicem clypei ducta, conspicue exsertus est. 3°. Abdomine supra sulco longitudinali exarato; 4°. Ventre carinato; 5°. Sterni crista laminatim inter pedes porrecta et 6°. Tarsis biarticulatis.

Subdivisio Prima. Anguli pronoti humerales s. humeri longe spinosim porrecti:

61. **Acanth. bispina** (Panz.); subtestacea; humeris pronoti acute spinosis; capite spinisque nigris; membrana hemielytrorum fusco-nebulosa; scutello disco infuscato*. Long. 3 — $3\frac{2}{3}$ lin.

Cimex bispinus Panz. Faun. germ. 26. 23 (*male colorata*). Wolf Icon. Cim. 8. 8. Tab. I. fig. 8. Fallen Cim. su. 43. 2. Ejnsd. Hem. su. 22. 2.

Cimex ferrugator Fabr. Ent. syst. IV. 101. 86. Ejusd. Syst. Rhyng. 162. 37. Schellenb. Wanz. 11. Tab. I. fig. 4. a. (bona!).

Pentatoma ferrugator Latr. Boit. man. enc. 52.

Clinocoris ferrugator Hahn. Wanz. II. 72. Tab. LII. fig. 159 (optima).

Acanthosoma bispina Burm. Handb. d. Ent. II. 360. 5.

Bispinus Amy. Ent. Fr. 87. 71.

Habitat in fruticetis et hortis Lithuaniae et Volhyniae rarius; aestate.

Similis facie, magnitudine et pluribus characteribus *Acanth. griseae*, at pronoti armatura statim dignoscitur.

In vivo olivaceo-viridis, exsiccata ferruginea licet griseo-testacea, subtus nitida, supra nigro impresso-punctata. Caput fusco-nigrum, nitidum, integerrimum lobo clypei medio, supra laterales parum prominulo. Antennae pallidae articulo primo et 5° fuscis. Articulus *primus* antennarum *apicem capitis excedit*, longitudine fere secundi et tertii, qui inter se aequales, more gentis, tenuiores sunt quarto et quinto, et singulus singulo brevior. Pronotum subito declive, integerrimum: litura transversa ordinaria antice maculis fuscis insignita; margo posterior *late arcuato excisus:* per medium stria carinulata, longitudinalis, pallida; anguli humerales in spinas validas conicas fusco-nigras nitidas porrecti, posteriores rotundati. Scutellum in medio *fusco-nigrum*, apice pallidum. Hemielytra normalia, concolora: membrana magna *undulatim* infuscata. Sternum ut in *Ac. grisea.* Abdomen supra ex toto aut saltem inferne ferrugineo-rubicundum, *summo margine nigro punctato.* Venter ferrugineus, nitidus, impresso-nigro-punctatus, carina ventrali et spina basilari, ut in *Ac. grisea.* Pedes pilosiusculi, concolores, mutici. Tarsorum articulus *primus secundo brevior.* Structura ani et sexus differentia ut in *Acanth. grisea.*

Subdivisio Secunda. Anguli pronoti humerales, auriculati, non spinosi:

* *Margo abdominis a hemielytris obtectus supra concolor:*

62. **Acanth. haemorrhoidalis** (Linn.): rufo-testacea vel rufo-virescens; articulo primo antennarum apicem capitis duplo superante; pronoti auriculis apice nigris; membrana hemielytrorum immaculata; abdomine supra postice variegato, margine concolore; ostiis spiraculorum ventralium, concoloribus*. Long. 7—7¾ lin.

Cimex haemorrhoidalis Linn. Faun. su. 925. De Geer Mém. III. 254. 3. Tab. XIV. fig. 7 et 8 (larva!). Schaeff. Ins. rat. Tab. LVII. fig. 8. Fabr. Ent. syst. IV. 98. 76. Ejusd. Syst. Rhyng. 160. 27. Stoll. Pun. 31. Tab. VI. fig. 44. ♀. Villers Ent. Linn. 490. 34. Wolf. Icon. Cim. 10. 10. Tab. I. fig. 10. a. b. Fall. Cim. su. 44. 3. Ejusd. Hem. su. 23. 3. Donov. Brit. ins. VII. Tab. 218. fig. II. ♀. (bona).

Pentatoma haemorrhoidalis Latr. Boit. Man. 53.

Pentatoma haemorrhoidale Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. ger. 114. 12. ♀. (bona). Labr. et Imhof Schw. ins. Bänd. IV. ♀ (bona), *nimis tamen pallide colorata.*

Clinocoris haemorrhoidalis Hahn. Wanz. II. 71. Tab. LII. fig. 158 (opt.).

Acanthosoma haemorrhoidale Curt. Brit. Entom. I. Tab. 28. ♀. Amy. et Aud. Serv. Hém. 154. 1.

Acanthosoma haemorrhoidalis Burm. Handb. d. Ent. II. 360. 3.

Acanthosoma Amy. Ent. Franç. 88. 72.

Habitat frequenter in hortis, fruticetis et sylvis frondosis super varias plantas per Lithuaniam et Volhyniam aestate.

Hujus generis maxima, sed in longitudine facile alias superat. Sexus uterque colore similis, pluribus notis distinguitur.

Corpus in vivo viride, vel viridi flavescens, in mortuis *supra* subvirescens vel in diu conservatis testaceo-rufescens, nitidum, in pronoto, scutello et hemielytris sparse impresso-nigro-punctatum, *subtus* glaberrimum, nitidum, immaculatum, flavescens, interdum sanguineo-ferrugineum. Color pronoti inter viridem et purpurascentem variat; litura ejus transversa ordinaria, impunctata, ferruginea; auriculae humerales prominulae rufae, nigra macula terminatae. Caput inter antennas triangulari-porrectum, vertice plano, integerrimum, lobo clypei medio prominulo, more generis. Antennae obscurae fuscescentes: articulo primo apicem capitis duplo superante, tertio apud mares praesertim, reliquis breviore. Rostri apex nigricans. Pectus ventri concolor. Lamina cristae sternalis antice rotundata. Scutellum apice impunctatum, pallidius. Hemielytrorum corium concolor: membrana fusca aut fusco-flavescens, immaculata. Abdomen supra *planum*, segmentis superioribus nigris inferioribus rufo aut sanguineo maculatis, ab apice scutelli ad anum sulco impressum; margine immaculato concolore. Anus sanguineus. Venter flavescens, vel sanguineo-ferrugineum, immaculatum; ostia spiraculorum concolora; carina valde distincta; spina basilaris, posteriorem marginem cristae sternalis excedit *dextro* ejus lateri adpressa. Pedes in vivo virides, in exsiccatis pallidi aut sanguinei. Tibiae pilosulae. Tarsi biarticulati.

Sexus uterque magnitudine aequalis. *Mas*. Abdomen supra nigro-sanguineo-variegatum, nitidum, segmentis anterioribus latius nigro colore tinctis, dentes acutos utrinque formantibus, posterioribus uno vel duobus postice tantum nigro marginatis; sulcus dorsalis carina furcata inclusus, ante apicem ani evanescente; anus sanguineus, corniculis ex ultimo segmento exsertis acutiusculis, ciliatis, bilobus, concavus.

Foeminae abdomen supra nigro-ferrugineo-variegatum, nitidum, segmentis anterioribus latius nigro colore tinctis dentes rotundatos utrinque formantibus, posterioribus uno vel duobus postice nigro-maculatis, maculis nigris indeterminate cum proximis confluentibus; sulcus abdominalis dorsalis obsoletior, carina furcata non inclusus; anus minus sanguineus, clausus supra duabus lamellis fastigiatis, adumbratus.

63. **Acanth. haematogaster** (Schrank); olivaceo-viridis; articulo primo antennarum, apicem capitis parum superante; pronoti auriculis extus, maculaque membranae hemielytrorum fusco-nigris; abdomine supra

toto nigro, concolore, margine immaculato; ostiis spiraculorum ventralium puncto nigro distinctis *. Long. 4 lin.

Cimex haematogaster Schrank Ins. austr. 270. 520. Stoll. Punais. Tab. XXXIII. fig. 229.
Cimex lituratus Fabr. Ent. Syst. IV. 114. 134. Ejusd. Syst. Rhyng. 170. 84. Panz. Faun. germ. 40. 19. Wolf. Icon. Cim. 14. 14. Tab. II. fig. 14. (opt.). Fall. Cim. su. 44. 4. Ejusd. Hem. su. 24. 4. Zetterst. ins. lapp. 259. 1.
Pentatoma liturata Latreille Boit. Man. enc. 54.
Pentatoma Stollii Lepell. et Serv. Enc. X. 58. 2.
Pentatoma haemagaster (sic!) Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 115. 13. ♂ et 14 ♀ (bonae!).
Acanthosoma haematogaster Burm. Handb. d. Ent. II. 360. 4.
Acanthosoma lituratum Amy. et Aud. Serv. Hém. 154. in nota.
Haematogaster Amy. Ent. Franç. 88. 73.

β. pronoti litura transversa flava:

Cimex dentatus; ovatus, supra fusco-viridis, subtus flavescens, thoracis linea transversa, flava, elytris rubro marginatis, ano bidentato rubro De Geer. Mém. III. 260. 7. Villers Ent. Linn. 502. 70. (mas).
Cimex collaris Fabr. Syst. Rhyng. 170. 83.
Pentatoma collaris Latreille Boit. Man. enc. 54.
Cimex lituratus β thorace fascia pallidiore, margine elytrorum interiore et postico rufis. Fall. Hem. su. l. s. c.

Habitat in *Junipero communi* per totam Lithuaniam, sed minus frequens.

Praecedente duplo fere minor, magnitudine *Pentat. acuminatae*, sed sequentibus major.

Corpus viventis pulchre virescens, mortui pallescens seu in testaceum vergens, nitidum, similiter ac in *Ac. haemorrhoidali* supra nigro-impresso-punctatum. Caput viride: lobo medio clypei laterales excedente, apice rotundato. Oculi fusci. Rostrum pallidum apice fuscum. Antennae pallide viridescentes, articulo ultimo fusco, primo apicem capitis excedente, more praecedentium reliquis crassiore, tertio secundo (apud mares) distincte breviore. Pronotum viridi-flavum aut purpurascens, antice litura transversa pallida obsoleta aut sanguinea, rarius distincte flava uti in β notatum. Anguli humerales pronoti parum prominuli, rotundati extus postice cum macula fusca. Scutellum viridi-flavescens, basi rubicundum aut totum rubicundum, apice pallidiore, sed nunquam in disco macula fusca notatum. Hemielytrorum corium viridescens litura eximie rubicunda in margine scutellari et posteriore plus vel minus late extensa, hinc antice distincte pallidius; membrana albida *extus in medio macula fusca notata*, quae interdum in fasciam undulatam obsoletam cum puncto fusco in medio transit. Abdomen supra totum nigrum, sulco longitudinali conspicuo, margine pallido, concolore. Venter pallidus; ostiis spiraculorum *puncto nigro* distinctis. Anus in utroque sexu saepius

eximie sanguineus, apud mortuos rufus. Pedes pallido-flavi, maculis viridibus inspersi. Lamina sternalis, carina ventris et spina ut in praecedente.

A minoribus speciminibus *Acanthosomatis haemorrhoidalis* statim dignoscitur; dorso abdominis sub alis toto nigro, ostiis spiraculorum ventralium nigris et membrana hemielytrorum macula fusca notata.

Nota. Perthes (in MSS. Ins. Lithu. et Pol. ex an. 1802. 165. 4.) speciem hanc pro *Cim. griseo* Linn. habuit.

64. **Acanth. clypeata** (Burm.); viridi-flavescens; articulis primis antennarum, cum apice capitis fastigiatis; angulis humeralibus pronoti obsoletis: callo nitido instructis; hemielytrorum corio: introrsum litura sanguinea inflexa, membrana pellucida maculis duabus nigris; abdominis dorso postice discolore, margine immaculato; ostiis spiraculorum ventralium concoloribus; alis ad venas fumigatis*. Long. 4 lin.

La Punaise à bords verts Stoll. Punais. Tab. XXVI. fig. 180. ♂. (bona).
Acanthosoma clypeata Burmeist. Handb. d. Ent. II. 361. 7.
Saranus (ex lingu. hebr.) Amy. Ent. Fr. 90. 75.

Habitat in *Junipero communi* praesertim Lithuaniae mediae et meridionalis.

Facies et magnitudo praecedentis a qua *a.* antennarum articulis basilaribus cum capite fastigiatis; *b.* corii hemielytrorum litura sanguinea inflexa distincte circumscripta: *c.* membranae hemielytrorum maculis duabus punctiformibus fuscis; *d.* alarum venis valde infuscatis; *e.* ostiis spiraculorum ventralium puncto nigro non indicatis et *f.* abdomine supra dimidiatim nigro, dimidiatim flavo vel ferrugineo, sufficienter differt.

Corpus insecti viventis nitidum, in pronoto, capite, scutello corio hemielytrorum ante lituram sanguineam, praesertim vero subtus flavo-virescens. Puncta impressa nigra minus distincta quam in praecedente, sed magis conferta. Caput magis oblongum (lobo medio clypei more generis laterales excedente, rotundato) cum antennarum articulis primis fastigiatum. Oculi fusci. Antennae virescentes aut rufescentes, articulis duobus ultimis saltem apice fuscis, parum crassioribus, tertio praesertim apud mares reliquis longiore. Pronoti litura antica transversa ordinaria obsoletissima; anguli humerales vix prominuli, tuberculo parum elevato, nitido, colorato, onusti. Scutellum concolor, disco semper macula nulla. Hemielytrorum corium viridi-flavescens cum litura sanguinea, late sub angulo patentissimo inflexa, circumscripta, quasi penicillo depicta; Membrana hyalina cum punctis duobus fuscis oblongis, altero in disco, altero in angulo interno; pone haec puncta, in pluribus speciminibus (sub vitro convexo examinatis), vestigium fasciae transversalis undulatae, colore flavescente indicatae in conspectum venit. Alae propriae ad venas valde infuscatae. Abdomen supra basi et in disco nigrum postice

ad duo ultima segmenta rufescens aut sanguineum: margine concolore immaculato. Pectus et venter virescentia: ostiis spiraculorum inconspicuis punctis nigris uti in *Acanth. haemorrhoidali* non indicatis. Pedes flavo-viridescentes. Tarsi articulus primus secundo parum brevior; carina et spina ventralis, lamina sterni, anus modo pallide flavus, modo sanguineus, omnino praecedentium.

Nota 1°. *Punctum pallidum ad basin scutelli utrinque*, in hac specie a Cl. Burmeister indicatum, inter plura specimina in musaeo amiciss. *Stein* Berolini a me examinata, nunquam inveni, nec illud in Lithuanicis vidi. Potius anguli basilares scutelli in quibusdam individuis magis flavescunt quod et in *Acanth. haematogastro* locum habet.

2°. Synonymon Stollii ab omnibus neglectum hic restituendum curavi, nec dubito figuram ab illo datam ad specimina germanica, melius huic quam aliae speciei convenire.

** *Margo abdominis a hemielytris obtectus conspicue supra variegatus:*

65. **Acanth. grisea** (Linn.); supra rufescenti-virens, testacea aut grisea; articulo primo antennarum, apicem capitis parum superante; pronoti auriculis humeralibus muticis obtusiusculis; *pectore (subtus) impresso-nigro-punctato;* scutello disco macula fusco-nigra; abdominis dorso nigro: margine fulvo vel albo nigroque variegato; ostiis spiraculorum ventralium nigris *. Long. $2\frac{3}{4}$—$3\frac{1}{2}$ lin.

Acanthosoma grisea Burm. Handb. d. Ent. II. 360. 6.

α. genuina: grisea vel testaceo-grisea; scutelli disco-fusco; hemielytrorum membrana nebulosa, scilicet plus vel minus transversim fusco-fasciata, abdominis margine albo nigroque variegato:

Cimex griseus Linn. Faun. su. 926! (non Fabricii qui synonymon Linnaei et *Cim. punctipennis* Jlligeri confundit). Villers Ent. Linn. 494. 53. mas!

Cimex Betulae (La Punaise du Bouleau) De Geer Mém. III. 261. 8. Tab. XIV. fig. 9—11. mas et foemina!

β. olivaceo-viridis v. fusco-testacea, abdomine margine fulvo-nigroque variegato; reliquis characteribus *α*.

Cimex agathinus Fabr. Ent. syst. IV. 114. 133. Ejusd. Syst. Rhyng. 170. 82. Wolf Icon. Cim. 58. 55. Tab. VI. fig. 55. a. b. (opt.!). Fall. Cim. su. 45. 5. Ejusd. Hem. su. 24. 5. Zetterst. Ins. lapp. 258. 6.

Pentatoma agathina Latreille Boit. Man. enc. 54.

Pentatoma agathinum Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 114. 10. ♂ et 11. ♀ (bonae).

Acanthosoma agathinum et
Acanthosoma griseum } Musaei Berolinensis!

γ. supra fuscior; antennis totis nigris et membrana late maculata Fallen Hem. su. 24. 4 *γ*.

δ. dilute carnea, pronoti humeris, elytrorum apice abdominisque margine rubris, hoc nigro punctato: membrana elytrorum immaculata *Burm.* Handb. d. Ent. II. 361. *foemina.*

Cimex interstinctus Linn. Faun. su. 927. Fabr. Ent. Syst. IV. 116. 141. Ejusd. Syst. Rhyng. 171. 88. Villers Ent. Linn. 495. 54. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 372. 1307 (ubi a Rossio duplex magnitudo lapsu calami indicatur!).

Pentatoma interstincta Latr. Hist. Nat. XII. 192. 30. Boit. Man. enc. 55.

Cimex agathinus β interstinctus Fall. Cim. su. 45. 5. Ejusd. Hem. su. 24. 4 *β.*

Acanthosoma interstinctum Mus. berol.

Mearus (ex lingu. hebr.) Amy. Ent. Fr. 89. 74.

Habitat frequenter in sepibus, ambulacris, hortis et sylvis praesertim in betuletis per totam Lithuaniam a prima aestate ad serum autumnum. Specimina foeminea autumnalia, magis colorata rubicunda alisque valde nebulosis semper vidi. Odorem spirat fortem ingratum. — „Foemina pullos exclusos Gallinae adinstar incubat, ducit et contra injurias strenue defendit“ (De Geer).

Nullam speciem hujus familiae hac magis et colore et magnitudine versipellem nosco. Nomen genuinum Linnaeanum insecti per Lithuaniam divulgati et a clarissimo *Burmeister* vindicatum et restitutum, diu apud quosdam entomologos, diversissimarum specierum confusionis causa fuit. Linnaeum in Fauna suecica sub *Cimice griseo* marem hujus, foeminam autem sub *Cimice interstincto* intellexisse, plus quam probabile est. Fabricius *Cimicem griseum* Linnaei in suo *Cimice griseo* (*Cim. punctipenni* Jllig.) invenisse credebat, et uti ex synonymia De Geeri et Linnaei sub illo adducta patet, utrisque confusis, veram Linnaeanam speciem sub nomine novo *Cimicis agathini* proposuit, quem Panzerus et Wolfius vestigia Fabricii prementes et ad ejus auctoritatem, iconibus claris repraesentavere. Primus Jlliger *Cimicem interstinctum* Fabricii esse foeminam ejus *Cimicis agathini* agnovit et utrosque ad verum *Cimicem griseum* Linnaei referendos esse probavit. Quod quum ita sit, haud haesitavi nominibus *Cim. agathini*, *C. Betulae* et *Cim. interstincti* aut sexus aut coloris designatas modificationes non tantum cynosura et castigatione Wolfii et Jlligeri, non tantum auctoritate Falleni et Burmeisteri fretus, sed ad numerosissima specimina *Cimic. agathini* et *interstincti* a me ipso collecta aut in Musaeis berolinensibus privatis et publicis, institutum rigorosum examen, tanquam superflua, genuinae speciei Linnaeanae restituere. Hic tantum verbulo judicare juvat quod Jlligerus jam in *Cim. interstincto* membranam hemielytrorum modo hyalinam immaculatam modo nebulosam vidit, et Wolfius in *Cimice agathino* suo versipellem colorem corporis (pronoti, hemielytrorum et scutelli) adnotavit.

Habitus praecedentium, at magnitudo minor.

Pronotum, scutellum, hemielytra, sed *praesertim pectus profunde* exca-

cavato-nigro-punctata. Puncta proportionaliter ad parvum corpus, supra majora sunt quam in *omnibus* praecedentibus.

Corpus nitidum. Caput, pronotum, scutellum, hemielytra, in vivo testaceo-grisea, fusco-testacea vel rufescenti-virescentia. Specimina aestivalia pallidiora sunt non raro griseo-testacea, autumnalia colore magis rufescenti-testaceo aut purpurascente-viridi, eminent. Lobus medius clypei laterales more generis excedit et hinc caput antice integerrimum. Oculi nigri. Rostrum apice nigrum. Antennae aut flavescentes, articulo ultimo nigro, aut basi pallidae articulis superioribus fuscis. Pronotum modo concolor modo ad humeros macula obscuriore, aut fascia ante partem declivem ab uno humero ad alterum transversim extensa, insignitum; litura antica transversa ordinaria constat e duabus maculis arcuatis coalitis plus vel minus expressis; stria per medium longitudinis praesertim postice conspicua aut nulla; anguli vel auriculae humerales brevissimae, obtusae. Scutellum cum *macula magna fusconigricante* ad basin ejus extensa; apex scutelli saepe pallescit et stria pallida longitudinalis, etiamsi rarissime, ad apicem occurrit. Hemielytra coloris scutelli, sed testacea, fusca aut purpurascentia, sed color purpureus in corio diffusus est nec unquam lituras circumscriptas sinuatas efficit. Membrana pallida, alba, transversim fusco-fasciata: fasciis duabus exteriore undulata, latiore, interiore ad maculam reducta. Membrana omnis maculae expers rarissime observatur. Abdomen vel in toto dorso nigrum vel postice parum rufescens; margo pallidus albus, flavescens aut fulvus, maculis quinque quadratis nigris interstinctus, sive variegatus est. Venter pallide testaceus aut flavus, concolor; interdum linea carinae ventralis rosea, *semper* vero, *ostia spiraculorum puncto nigro indicata.* Anus modo pallidus, modo sanguineus, praecedentium. Pedes pallidi; vel flavescentes. Tibiae subpilosae. Lamina sterni carinata et spina basilaris ventralis uti in praecedentibus conformata. Sexus differentia ut in praecedentibus. Mares saepius colore variant quam foeminae et limites in distinguendis formis, haud mathematice aestimandae sunt.

Adnot. 1°. In *Acanth. haemorrhoidali, haematogastro* et *clypeata*, nunquam pectus subtus impresso-nigro punctatum, nunquam abdominis marginem variegatum, nunquam scutellum macula fusca nigra notatum vidi, quare ex singulo horum characterum discrimen speciei nostrae, ab aliis, facile vindicatur.

2°. *Acanth. grisea* cum *Ac. haematogastro* convenit *a.* antennis, *b.* membrana hemielytrorum fusco-maculata *c.* abdomine supra nigro *d.* ostiis spiraculorum ventralium puncto nigro indicatis; differt autem ab illa: *a.* margine abdominali concinne variegato; *b.* macula magna fusca scutelli; *c.* magnitudine minore; *d.* elytris non lituratis, color enim ru-

fescens, ruber aut fusco-ruber in toto hemielytrorum corio aequali modo distributus est.

Sectio Secunda. SPISSIROSTRES Amy. et Aud. Serv. Hém. 74.

Char. ess. Rostrum crassum, tota in longitudine rectum liberum, nec articulo vaginae primo sulco mentali recondito.

Gen. XII. ASOPUS Burm. Handb. d. Ent. II. (1839) 377. 18.

Char. art. Caput rectangulum, antice truncatum, emarginatum, subtrilobum. *Rostrum crassum liberum, rectum, basi sulco mentali non recondita.* Pronoti margines laterales saepe denticulati. Femora anteriora saepe subtus dente armata. Abdomen subtus convexum; spina ventralis nulla. — Genus *Pentatomae* proximum, statura et scutello apice obtuso rotundato, essentialiter rostro diversum.

Char. nat. Caput rectangulum, fronte plana, antice truncatum, emarginatum; lobis clypei apice liberis rotundatis, aequilongis, aut medio lateralibus breviore. Rostrum immediate ex apice frontis enascens, robustum, basi praesertim incrassatum, rectum, extensum in tota longitudine liberum, nec basi sulco mentali reconditum, apice pedes posteriores vix attingente; vaginae articulo secundo reliquis longiore, tertio et quarto parvis. Antennae longae sub margine clypei insertae, articulis tenuibus, cylindricis, primo *brevissimo,* secundo tertium saepissime in longitudine superante. Pronotum triangulari-trapezoidale, antice cum impressione transversa, saepe ad margines laterales denticulatum (tuberculoso-verruculosum), angulis humeralibus varie effiguratis, modo cornutis (spinosis), modo auriculatis. Scutellum medium abdominis parum excedens, triangulari-conicum. Hemielytra normalia. Membrana apicem abdominis excedens 8-nervia nervo secundo et tertio introrsum furcatim ramosis, omnibus ante *apicem marginatum,* evanidis. Abdomen marginatum, in medio hemielytris latius, subtus convexum, basi (excluso *Asopo sanguinipe*) muticum. Pedes tenues. Femora anteriora apud plures sub apice subtus denticulo armata. Tibiae saepius teretes, ciliatae (in *Asopo sanguinipe* anteriores sub apice dilatatae), infra medium denticulo instructae. — Corpus nudum parvae, mediae licet majoris staturae.

Nota. Rudimentum canalis mentalis in quibusdam tantum conspicitur.

Praeter subdivisiones suo loco, sequens schema cito species indicabit:

A. Femora subtus dente armata:

B. Tibiae sursum dilatatae, pronoti humeri obtusi abdomen basi spina armatum . . . . 71. *As. sanguinipes.*

BB. Tibiae sursum non dilatatae:

C. Margines laterales pronoti laeves, humeri obtusi 68. *As. dumosus.*

CC. Margines laterales pronoti denticulati, humeri valde acuti 72. *As. bidens.*

AA. Femora subtus inermia:

D. Margines laterales pronoti laevissimi:

E. Humeri pronoti obtusi non prominuli; corpus coeruleum 66. *As. coeruleus.*

EE. Humeri pronoti subauriculatim porrecti acutiusculi; corpus pyritico-aeneo micans . . . . 67. *As. punctatus.*

DD. Margines laterales pronoti denticulati, humeri auriculatim porrecti:

F. Auriculae acutae corpus supra opacum . 70. *As. Custos.*

FF. Auriculae rotundatae, corpus supra viridi-pyritico nitens 69. *As. luridus.*

Subdivisio Prima. Pronotum breve; margines ejus laterales laevissimi; anguli humerales obtusi; litura transversa nulla. Femora omnia inermia. Antennarum articulus secundus tertio parum longior: Zicrona Amy. et Aud. Serv. Hém. 86. 53.

66. **As. coeruleus** (Linn.); coeruleus, metallice nitens, supra subtilissime punctulatus; hemielytrorum membrana fusca *. Long. $2\frac{1}{2}$—3 lin.

Cimex coeruleus Linn. Faun. su. 933. Fabr. Ent. Syst. IV. 123. 166. Ejusd. Syst. Rhyng. 178. 119. Schaeff. ins. rat. Tab. LI. fig. 4. Stoll Punais. Tab. XXXI. fig. 223. Villers. Ent. Linn. 497. 59. De Geer Mém. III. 268. 11. Wolf. Icon. Cim. 18. 18. Tab. II. fig. 18. a. b. Panz. Faun. germ. 32. 14. Rossi Fauna etrus. ed. Jllig. II. 376. 1314. Fall. Cim. su. 50. 17. Ejusd. Hém. su. 32. 17.

Pentatoma coerulea Latr. Hist. Nat. XII. 196. 40. Boit. Man. enc. 56.

Pentatoma coeruleum Hahn. Wanz. II. 65. Tab. LX. fig. 154. Curtis Brit. Ent. I. Tab. 20 (optim.!).

Stiretrus coeruleus Blanch. Hist. nat. ins. III. 154. 5.

Asopus coeruleus Burm. Handb. d. Ent. II. 378. 1.

Zicrona coerulea Amy. et Aud. Serv. Hém. 86. 1.

Zicrona Amy. Ent. Fr. 56. 32.

Habitat locis sylvaticis siccis editioribus per totam Lithuaniam; prope Vilnam in collibus graminosis ad *Thesium ebracteatum* non rara.

Habitus *Pent. oleraceae* sed illa minor. Corpus totum concolor coeruleo-violaceum, non exceptis antennis pedibusque quae etiam coerulea sunt nitidaque. Caput quadrangulare, clypeo *antice supra foveolato*, lobis fastigiatis. Oculi laterales valde protuberantes, fusci. In pronoto litura transversa ordinaria non distinguitur, nisi sub certo situ ad lucem per fossulam parvam.

Puncta impressa minuta, conspicua sunt in pronoto, sed magis obsoleta in scutello et hemielytris, quorum membrana nitida, *fusco-nigricans*. Humeri pronoti basin abdominis non excedunt.

Variat colore aeneo-virescente. Sexus uterque similis.

67. **As. punctatus** (Linn.); fusco-aeneus, punctatus, pectore pallidiore; pronoti angulis humeralibus subauriculatim porrectis, acutiusculis; abdominis margine variegato; tibiis annulo pallido *. Long. $3\frac{1}{2}$—4 lin.

Cimex punctatus Linn. Faun. su. 924. De Geer Mém. III. 269. 14. Fabr. Ent. Syst. IV. 95. 62. Ejusd. Syst. Rhyng. 157. 12. Villers. Ent. Linn. 489. 33. Wolf. Icon. Cim. 175. 173. Tab. XVIII fig. 173. Fall. Cim. su. 45. 6. Ejusd. Hem. su. 25. 6. Zetterst. ins. lapp. 260. 1.

Pentatoma punctata Latr. Boit. Man. 53.

Eusarcoris punctatus Hahn. Wanz. II. 69. Tab. LI. fig. 157.

Pentatoma punctatum Herr. Schff. in Panz. Cont. Faun. germ. 113. 5.

Asopus punctatus Burm. Handb. d. Ent. II. 378. 2.

Zicrona punctata Amy. et Aud. Serv. Hém. 87. in nota.

Enstictus Amy. Ent. Fr. 56. 31.

Habitat in fruticetis et sylvis Lithuaniae meridionalis et Volhyniae rarius. Praecedente major et habitu alieno! *Pent. sphacelatae!*

Corpus ovatum. *Caput, pronotum, scutellum* et *corium* hemielytrorum *fusco-nebulosa* v. *obscure grisea*, punctis *numerosis nigris piceo-aeneo nitidis, confertis, excavato-impressis*, *irrorata*, quae in hemielytris maculas parvas obscuras formant.

Caput porrectum, quadrangulare, apice retusum. Oculi fusci. Rostrum breve fuscum, articulo primo vaginae *ovato crasso, albido*. Antennae nigrae 5-articulatae, articulis *tertio* et *quarto basi albis*. Pronotum convexum saepe in *medio cum linea pallida impunctata* in scutellum continuata; anguli ejus humerales in auriculas brevissimas acutiusculas sed non acuminatas, porrecti. Scutellum fuscum, piceo-aeneo nitens, punctis plurimis impressum, basi convexum. Ad basin in angulo scutelli punctum nigrum, in dorso linea angusta pallida a pronoto continuata, et interdum apex pallidus.

Corium hemielytrorum obscure griseum, aeneo-impresso-punctatum; membrana aeneo-fusca nervis prominulis. Alae fulvescunt. Pectus griseum v. pallidum, punctis nitidis hinc inde magis confertis, impressum. Abdomen marginatum, margine supra subtusque maculis nigris 5 totidemque albis v. fulvis variegato. Venter convexum pallidum vel fusco-nebulosum, punctatum, obscure aeneo-nitens. Pedes nebulosi supra nigri. Femora grisea seriatim fusco-punctata. Tibiae *angulatae annulo lato albo* v. *pallide flavo* v. *fulvo*.

Sexus uterque similis. Magnitudini minus aliis obnoxius. Occurrunt raro specimina pronoto, scutello et hemielytris *vage griseo-punctatis*. Color albus

in maculis marginis abdominalis et in tibiis frequentior pallide flavo vel fulvo. — Mas variat supra obscure aeneo-coerulescens.

Subdivisio Secunda. Pronoti margines laterales laevissimi; anguli humerales obtusi; litura transversa nulla. Femora anteriora subtus dente armata. Rostri articulus secundus et tertius insigniter dilatati: JALLA Hahn. Wanz. I. 100. Amy. et Aud. Serv. Hém. 85. 52.

68. **As. dumosus** (Linn.); fuliginoso-aeneus; linea dorsali media, marginibus lateralibus pronoti, punctis duobus scutelli, tibiarumque annulo discoloribus; apud marem sanguineis, apud foeminam aurantiacis, flavis v. albis *. Long. ♂ $5\frac{1}{2}$, ♀ $6\frac{1}{4}$ lin.

Cimex dumosus Linn. Faun. su. 929. ♂. Fabr. Ent. Syst. IV. 111. 121. Ejusd. Syst. Rhyng. 168. 71. Villers. Ent. Linn. 496. 56. Panz. Faun. germ. 33. 18. ♂ (bona). Fall. Cim. su. 47. 10. Ejusd. Hem. su. 28. 10.

Pentatoma dumosa Latr. Boit. man. enc. 54.

Pentatoma dumosus! Tigny Hist. nat. ins. IV. 296. Tab. VI. fig. 8.

Stiretrus dumosus Blanch. Hist. nat. ins. III. 153. 3.

Jalla dumosa Hahn. Wanz. I. 101. Tab. XVI. fig. 54. A. ♂ et 55. ♀ (bonae). Amy. et Aud. Serv. Hem. 86. 1.

Asopus dumosus Burm. Handb. d. Ent. II. 378. 3.

Jalla Amy. Ent. Franç. 55. 30.

Habitat in fruticetis ad terram et in plantis humilioribus aestate; in Lithuania media, rarius; circa Varsaviam (Perthes).

Statura praecedentis uti jam bene adnotavit *Fallen* (Cim. su. 47. 10), sed *Pent. Baccarum* major. Pulchra species pictura sua, quae uti et magnitudo varia in utroque sexu dissimili.

Corpus in vivo obscure vel fuliginoso-aeneum, apud mares magis in purpurascenti-fuscum, apud foeminas magis in fusco-flavescentem vergente (exsiccati griseum v. griseo-fuscum), ovatum, oblongum, praesertim ad abdomen dense impresso-punctatum. Puncta nigra in capite, scutello, corio hemielytrorum magis conferta et impressa sunt, in pronoto postice haud crebra. Stria longitudinalis in medio corpore, margines laterales pronoti extimus margo ad basin costae hemielytrorum, maculae in scutello et in margine abdominis discolores nec non tibiarum annulus, colore suo constanter sexum indicant pallida scilicet sunt: alba, flavescentia aut rarius aurantiaca apud foeminas, rubra aut sanguinea apud mares, quae foeminis insuper minores sunt.

Caput antice nigrum saepe aeneo-nitens, clypeo retuso cum vitta discolore per pronotum et scutellum continuata. Antennae nigrae tenue pubescentes, articulo tertio secundo breviore. Oculi purpureo-fusci apud ♂, nigri apud ♀. Rostrum nigrum. Pronotum antice obscurius, convexum; litura

ordinaria obliterata; anguli humerales latitudinem abdominis non excedentes, rotundati; margines laterales laevissimi discolores aeque ac vitta s. stria ab occipite continuata. Pectus nigrum, punctatum, parum nitidum. Scutellum colore pronoti, in medio obscurius cum macula punctiformi in angulo basilari et stria a pronoto continuata, discoloribus. Hemielytrorum corium costa basilari discolore; membrana fuscescens. Alae albo nitentes. Abdomen supra nigrum vix aeneo-nitens marginatum! Margo prominens variegatus scilicet in singulo ejus segmento nigro, macula *parva subrotunda discolor*. Venter niger, parum nitidus, punctatus. Pedes nigri tenue pilosi. Tibiae et *femora anteriora* armata, scilicet haec supra medium, illa infra medium *dente* instructa. In tibiis omnibus annulus latus discolor, secundum sexum varii coloris.

Rarius praeter descriptas in pronoto aliae striae coloratae, longitudinales, *obsoletae*, conspiciuntur.

Subdivisio Tertia. Pronoti margines laterales *antice* denticulati; litura transversa conspicua; anguli humerales in auriculas *complanatas* porrecti. Femora omnia inermia. Tibiae normales: Arma Hahn. Wanz. I. 9. Amy. et Aud. Serv. Hém. 84. 51.

69. **As. luridus** (Fabr.); supra: fusco-flavescens v. testaceus viridi- v. aeneo-nitens; auriculis humeralibus *rotundatis:* margine ante illas acute denticulato; abdominis maculis marginalibus antennarumque articuli tertii annulo, fulvis; ventre bifariam quadripunctato, basi armato; membrana fuscescente bimaculata *. Long. $5\frac{1}{4}$ lin.

Cimex beryllinus Mus. Lesk. 118. 79. Linn. Syst. Nat. ed. XIII. 2148. 589.
Cimex luridus Fabr. Ent. Syst. IV. 94. 57. Ejusd. Syst. Rhyng. 157. 6. Villers Ent. Linn. 491. 40. Panz. Faun. germ. 92. 9. Wolf. Icon. Cim. 135. 130. Tab. XIII. fig. 130. (*colore fusco-rufescente*). Fall. Cim. su. 46. 8. Ejusd. Hem. su. 26. 8. Donov. Brit. Ins. III. t. 98 (*eximia figura larvae!*).
Pentatoma lurida Latr. Boit. man. enc. 53.
Arma lurida Hahn. Wanz. I. 97. Tab. XV. fig. 53. Amy. et Aud. Serv. Hém. 85 in nota.
Asopus luridus Burm. Handb. d. Ent. II. 379. 4.
Pelidnus Amy. Ent. Franç. 54. 29.

Habitat in hortis et fruticetis super varias plantas per totam Lithuaniam; aestate non rara; circa Varsaviam (Perthes). Imagines et larvae larvas Pyralidum destruunt.

Statura *Pent. rufipedis,* magnitudo *Pent. Baccarum.*

Corpus ovatum, in capite, pronoto et scutello *ruguloso-impresso*, in pectore distinctius, in corio hemielytrorum minute nigro, in ventre obsolete pallide, *simpliciter* impresso-*punctatum*. Color corporis in his partibus modo

griseo modo fusco-testaceus, modo fusco-rufescens aut flavescens, praedominante metallico *dilute viridescente* aut *obscure aeneo* (pyritico), qui praesertim in *capite,* in pronoti *humeris, scutello* et interdum in corio hemielytrorum, observatur. Caput oblongum, quadrangulare, vertice plano, antice truncatum, late emarginatum; lobi clypei laterales marginati apice rotundati, medium linearem antice liberum, superantes. Caput subtus fuscescenti-flavum. Oculi fusci. Rostrum flavescens, articulo quarto *breviore, tenuiore. fusco.* Antennae fuscae aut nigrae, *articuli penultimi apice late* albido, flavo aut fulvo, interdum articuli tertii et quarti apice parum v. *anguste,* annulato: articulus secundus tertio *insigniter* longior. Pronotum *planiusculum,* antice ad latera et humeros obscurius, vix cum metallico nitore; margines laterales ante humeros, verruculis apiculatis fulvescentibus *acute denticulati;* auriculae humerales breves, complanatae, subdeflexae, porrectae, *rotundatae* integerrimae; litura transversa ordinaria conspicua. Scutellum triangulari-conicum, basi conspicue metallice nitens; in medio ejus carina obsoleta, ad angulos basilares utrinque punctum *nigrum, minutum;* apex immaculatus, *concolor.* Corium hemielytrorum coloris pronoti saepissime metallico nitore destitutum: in bifurcatione nervi marginalis costalis areae mediae, macula punctiformis *albida.* Membrana apicem abdominis excedens, aeneo-grisea, bimaculata: macula obscura fusca, altera in *angulo interiori* altera *majore* versus apicem. — Alae omnino albae. Abdomen supra coeruleo-atrum marginatum; margine hemielytra excedente obscure viridi aut nigro maculis *fulvis* variegato; maculae fulvae rectangulae, oblongae (non quadratae) obscuris quadratis duplo angustiores. Venter flavescens aut testaceus, interdum lividus, convexus, punctis *minutis* impressus; segmentum secundum immaculatum, *spina brevi armatum:* utrinque in tertio, quarto, quinto et sexto ad marginem anteriorem (et in directione ostiorum spiraculorum pectoralium simili modo ac in *Pentoma Lunula* Fabric.) *macula punctiformis* fusca, ad *apicem autem sexti macula major ejusdem coloris nitida.* Insuper ostia spiraculorum ventralium margini abdominali propinqua, *puncto nitido fusco,* distinguuntur. Anus foeminae margine 4-lobus, truncatus: valvulae duae inferiores, macula fusca nitida, notatae. Pedes concolores, pilosuli, pallide fuscescentes, *nigro-punctati.* Tibiae anteriores, cum denticulo normali. Femora inermia. Tarsi variegati, articulo secundo pallido, primo basi pallida, tertio nigro. Mas foeminae simillimus, parum minor, cum articulo antennarum quarto apice fulvo et in segmento sexto ventrali cum macula fusca minore rotundata, differt praecipue structura valvulae analis. Haec testacea, prominens superne lunato excisa subtus late fusca, nitida.

Nota. Nomina Leskeanum et Fabricianum alludunt ad colorem viridescentem metallicum, in dorso conspicuum.

70. ***Asop. Custos*** (Fabr.); opacus, supra fusco-testaceus vel fusco-ferrugineus; auriculis humeralibus *angulatis:* margine ante illas obsolete crenulato; abdomine supra ferrugineo, margine nigro maculato; ventre bifariam quadripunctato, basi inermi; ostiis spiraculorum concoloribus; antennis fulvis: articulo tertio ante apicem, quarto sub apice late nigro annulatis; membrana pallida unimaculata*. Long. $5\frac{1}{4}$ lin.

Cimex Custos Fabr. Ent. Syst. IV. 94. 58. Ejusd. Syst. Rhyng. 157. 7. Wolf. Icon. Cim. 136. 131. Tab. XIV. fig. 131. a. b.

Pentatoma Custos Latreille Boit. Man. enc. 53. Lepellet. et Serv. Enc. X. 56. 14. Herr. Schff. in Panz. Cont. Faun. germ. 114. 9. ♂ (bona).

Arma Custos Hahn. Wanz. I. 95. Tab. XV. fig. 52. Amy. et Aud. Serv. Hém. 85. 1.

Stiretrus Custos Blanch. Hist. nat. ins. III. 153. 4.

Asopus Custos Burm. Handb. d. Ent. II. 379. 5.

Arma Amy. Ent. Franç. 54. 28.

Habitat in fruticibus et arboribus ad folia, per Lithuaniam mediam et meridionalem, sed praecedente rarior.

Statura praecedentis; colore saepe *Pent. nigricorni* et *Pent. prasinae* formae autumnali, similis.

Color supra variat inter fusco-rubrum et rufo-testaceum, vidi tamen specimina omnino fusco-grisea; griseo-flava et flavo-rubescentia, adducit Hahn! Corpus supra *opacum,* totum punctis nigris impressis, praesertim in *capite* notatum, nullibi nitore metallico conspicuo. Caput oblongo quadrangulare, clypeo subtrilobo, lobis subfastigiatis. Antennae dimidii longitudinis corporis, tenues, fulvescentes v. rufescentes variegatae, articulo scilicet quinto saepissime toto fulvo, tertio ante apicem et quarto sub apice late nigro-annulatis. Articulus secundus tertio multo longior. Oculi nigri. Rostrum totum pallidum. Pronotum ad margines laterales obsolete crenulatum; auriculae humerales subrectangulae, nigricantes, quasi in spinas porrectae, parum ascendentes, compressae, integerrimae; litura transversa ordinaria conspicua. Pectus pallido-flavum *dense* impresso-punctatum, ostiis spiraculorum nigris. Scutellum triangulari conicum, purpurascenti v. griseo-flavum, punctis impressis minutis in rugulas dispositis; linea *carinalis conspicua,* in angulis basilaribus utrinque punctum nigrum; apex *concolor.* Corium hemielytrorum tenue impresso-punctatum, concolor. Membrana fuscescens v. griseo opaca, in angulo ejus interno macula parva punctiformis fusca. Alae fusco-nebulosae. Abdomen supra (saltem basi) ferrugineo-fuscum, margine prominente maculis nigris, irregulariter, variegato, quae et subtus conspicuae sunt. Venter vix punctatus pallido-flavus, in singulo latere serie punctorum quaternario (omnino ut in praecedente!). Ostia spiraculorum abdominalium inconspicua. Anus maris truncatus inflexus, foeminae crenulatus. Pedes pallidi tenuissime nigro-punctati. Tarsi concolores.

Ab *Asopo lurido* differt corpore supra opaco, nunquam ad caput et pronotum viridi aut cupreo metallico, pronoto tenuius denticulato, auriculis humeralibus angulatis, fere in angulum rectum excurrentibus, abdomine supra rufescente, et membrana unimaculata.

Subdivisio Quarta. Pronoti margines laterales antice *integri;* litura transversa conspicua; anguli humerales in auriculas integras, obtusas porrecti. Femora anteriora subtus *dente*, venter basi spina brevi, *armata*. *Tibiae* duo *anticae dilatatae:*

71. ***Asop. sanguinipes*** (Fabr.); fuscus, scutelli apice, rostro, pedibusque ferrugineis *. Long. $6\frac{1}{2}$ lin.

Cimex sanguinipes Fabr. Ent. Syst. IV. 93. 55. Ejusd. Syst. Rhyng. 156. 3. Villers Ent. Linn. 491. 39.

Pent. sanguinipes Latr. Boit. man. enc. 53.

Asopus sanguinipes Herr. Schaeff. Wanz. IV. 101. Tab. CXLII. fig. 449.

Habitat in Podolia.

Magnitudo et habitus ex parte *Pent. rufipedis,* sed et structura rostri verus *Asopus,* inter *Pent. rufipedem* et *Asopum bidentem*, medius.

Color et punctatio *Pent. rufipedis*, sed caput clypeo antice magis retusum, antennae breviores et crassiores, auriculae humerales breviores, magis obtusae postice non abrupte acuminatae, pedes breviores crassioresque, apex scutelli latior, litura transversa pronoti et margines laterales distincte rufo-ferruginea.

Maculae duae rubrae callosae in linea basilari scutelli, corpus subtus, praesertim in linea media ventrali nigro-maculatum, sed maxime rostrum liberum et tibiae anteriores clavato-dilatatae et femora anteriora sub apice subtus spina armata, toto coelo illum a *Pent. rufipede* distinguunt.

Subdivisio Quinta. Pronoti margines laterales *antice,* denticulati; litura transversa e maculis distinctis duabus aut quatuor. Anguli humerales in spinas conicas prominentes porrecti. Femora subtus dente armata: Picromerus Amy. et Aud. Serv. Hém. 84. 50.

72. ***Asop. bidens*** (Linn.); flavescenti fusco-griseus; auriculis humeralibus pronoti acutissimis, spinaeformibus; scutelli apice late rotundato, albido; tibiis femoribusque antice armatis; antennis pedibusque fusco-rubris; ventris segmentis extremis macula longitudinali nigra *. Long. 4 l. ♂, $4\frac{3}{4}$ ♀.

Cimex bidens Linn. Faun. su. 921. De Geer Mém. III. 259. 6. Tab. III. fig. 9. Fabr. Ent. Syst. IV. 93. 54. Ejusd. Syst. Rhyng. 155. 2. Villers Ent. Linn. 488. 50. Panz. Faun. germ. 26. 22. Wolf Icon. Cim. 7. 7. Tab. I. fig. 7. Fall. Cim. su. 43. 1. Ejusd. Hem. su. 22. 1. Zetterst. ins. lapp. 259. 3.

Pentatoma bidens Latr. Boit. Man. 53.
Arma bidens Hahn. Wanz. I. 92. Tab. XV. fig. 51. (opt.).
Asopus bidens Burm. Handb. d. Ent. II. 379. 6.
Picromerus bidens Amy. et Aud. Serv. Hém. 84. 1.
Picromerus Amy. Ent. Franç. 53. 27.

Habitat in sylvaticis frondosis per totam Lithuaniam, rarius; circa Varsaviam (Perthes). Aestate in plantis agrorum quiescentium locis sylvaticis in sylva Bialovesha frequenter occurrit.

Ex habitu et magnitudine inter praecedentem et *Pent. rufipedem* medius, sed ex primo intuitu, praeter spinas humerales acutissimas staturamque corpulosam, plurimis aliis notis, ab utrisque facile distinguendus.

Corpus insecti vivi fusco-sanguineo-variegatum, mortui et exsiccati supra *opacum*, planiusculum, brunneo v. fusco-aeneo-griseum punctis creberrimis nigris impressis, minutissime inspersum.

Caput porrectum, quadrangulare, *antice* marginatum, truncatum, *integerrimum* (lobis clypei fastigiatis), fuscum, opacum aut aeneo-nitens, cum striis parvis fulvis ad basin. Rostrum compressum, flavescens, articulis vaginae primo, tertio et quarto aequilongis, secundo longiore. Antennae filatae, totae purpurascentes aut fulvescentes, basi pallidiore: articulo primo minutissimo, reliquis elongatis, secundo tertio longiore. Pronotum griseum postice vix obscurius, antice quidquam declive, litura ordinaria transversa obsoleta, loco autem ejus circa medium *punctis quatuor, callosis, ferrugineis* transversalibus, notatum; margines laterales minute crenulato-tuberculati; spinae humerales *nigrae, conicae, acutae* horizontaliter extensae. Scutellum colore pronoti, dimidio abdomine longius, late conicum s. *parabolicum* (ut in Eysarcoridibus) apice discolore, pallido; punctum callosum rufum ad utrumque angulum, et saepe aliud simile in medio lineae basilaris. — Pectus subtus testaceum, nigro impresso punctatum cum pluribus maculis, nitidis sanguineis aut coccineis et una magna in lamina metanoti uti ostium excretorium bursae odoriferae. Raphe sternalis distincta, carinulata. Hemielytra grisea, maculis minutis fuscis, sparsis, inspersa. Membrana et alae aeneo-nitentia, immaculata. Abdomen in ambitu rotundatum, supra nigrum sed versus anum *aeneo-micans*, marginatum, margine hemielytra excedente, plus vel minus distincte fusco et ferrugineo, variegato. Venter fusco-rufescens valde *convexus*, confertim impresso-nigro-punctatus, segmento *ultimo semper* (interdum et penultimo) apud foeminas *macula magna elliptica nigricante*, apud mares ejus loco *stria nigricante*, notato. Spiraculorum ventralium indicia *striae transversales* impressae. Pedes toti rufescentes minutissime fusco-punctati. Tibiae antrorsum mucrone normali, femora anteriora subtus sub apice dente, armata. Tarsi apice fusci.

Sexus alter ab altero differt: magnitudine, conformatione ani et pictura segmenti sexti ventralis.

Mas minor, ventre minus convexo, segmento sexto stria nigra, ano truncato, ciliato bicorni et abdominis margine concinne variegato.

Foemina major, ventre valde convexo, hinc statura magis corpulosa, segmento sexto macula magna nigra saepe in quintum extensa, rima anali valvulis duabus ciliatis velata, et abdominis margine obsoletius variegato.

Nota. Tibiae basi sensim pallidiores sunt, sed in illis uti describit cl. Burmeister, nunquam *fasciam latam albam* inveni.

Species Europaeae mihi ignotae:

1. *Cimex reflexus* Fabr. Syst. Rhyng. 157. 10.
2. *Cimex tristriatus* Fabr. Syst. Rhyng. 169. 74.

Familia Secunda. SUPERICORNES Amy. et Aud. Serv. Hém. 183; *Coreodes* Burm. Handb. d. Ent. II. 299.

Char. ess. Caput ad latera clypei, tuberculis antenniferis longitrorsum illi adnatis, saepe in spinas solutis, auctum. Rostrum 4-articulatum. Antennae 4-articulatae supra lineam aut in ipsa linea ab oculis ad labri originem ducta, tuberculis oculis antepositis insertae. Oculi pronoto non contigui. Ocelli duo. Hemielytra aut Tegmina membrana saepe furcatim ramosa. Scutellum mediocre, triangulare medium abdominis non attingens. Abdominis margo elevatus. Pedes haud raro a conformatione normali, aberrantes.

Char. nat. Caput triangulare v. quadrangulare, ante oculos tuberculis antenniferis, marginibus exterioribus ad variam altitudinem adnatis, in latitudine auctum, antrorsum inter antennas porrectum, sessile (apud *Corizos* in collum postice retractum) sulcis frontalibus distinctis. Lobi clypei laterales nunquam supra medium conniventes, medio saepe in carinam frontalem laminatam, exserto. Labrum ex lobo frontali medio enatum, striis transversis nullis, vaginae rostri articulum secundum vix attingens. Vagina rostri quadriarticulata: articulo tertio secundo breviore. Oculi laterales, versus basin capitis inserti, thoraci non contigui. Ocelli duo distincti, inter se distantes. Antennae apici tuberculorum antennalium (in linea ideali ab oculis ad labri originem ducta, aut supra hanc lineam) insertae, quadriarticulatae, in vivo et mortuo insecto nunquam sub capite recondendae, parallele porrectae v. a primo articulo horizontaliter refractae (in *Beryto* nutantes) plus v. minus nudae (in *Coreo* piloso-spinulosae). Antennarum articulus primus et quartus (exceptis *Linicornibus*), crassiores. Pronotum trapezoidale (rarius trapezoidali-hexagonale) saepe denticulis spinulisve armatum. Scutellum triangulare, medium abdominis non attingens. Hemielytra vera aut Tegmina (in *Corizo, Chorosomate,* ex parte et in *Beryto*), clavo distincto. Ostium odoriferum conspicuum. Abdomen marginatum, sexannulatum, margine *elevato.* Pedes modo normales, modo abnormes: posterioribus longioribus, femoribus clavatis tuberculatis, *duobus* posterioribus *spina* armatis; tibiis curvatis v. sigmoideis. Ostia spiraculorum ventralium quinque. Tarsi triarticulati. Corpus oblongum, elongatum v. lineare (in *Phyllomorpha* monstrose laciniatum). — Plures odorem ingratum spirant, pauci aromaticum, alii nullum.

Tribus Prima. TETRAGONOCEPHALI Amy. et Aud. Serv. Hém. 184.

Char. ess. Caput quadrangulare, lobo medio clypei obtuso saepe antrorsum abrupte laminatim aut carinatim producto. Tubercula antennifera evoluta, saepissime spina terminata.

Gen. XIII. SYROMASTES Latreille Fam. Nat. 420. Burm. Handb. d. Ent. II. 314. 10.

Char. art. Caput quadratum. Tubercula antennifera oculis anteposita et cum lobis lateralibus clypei coalita, in spinas soluta. Pronotum devexum. Scutellum triangulare. Hemielytra abdomine marginato, marginibus elevatis, angustiora. Corpus nudum, ovatum aut angulatum, supra planiusculum.

Char. nat. Caput quadratum, inter antennas non porrectum, antice truncatum, lobo medio clypei apud nonnullos abrupte laminatim producto, lateralibus cum tuberculis antenniferis oculis antepositis, coalitis. Tubercula antennifera modo extrorsum, modo introrsum, aut utrinque in spinam soluta. Oculi globosi. prominuli, laterales. Ocelli duo in medio occipitis, verticales. Antennae dimidii longitudinis corporis, quadriarticulatae, horizontaliter a primo articulo fractae. Antennarum articulus primus validus, incrassatus, trigonoprismaticus, quartus incrassatus cylindricus, secundus et tertius, tenuiores, oblongi, tota in longitudine ejusdem diametri; secundus *constanter tertio parum longior* (in S. marginato, S. Scapha et spinigero) vel *parum illo brevior* (in Syr. quadrato). Rostrum inflexum, vaginae articuli primi apice ex sulco mentali exserto. Pronotum trapezoidale, versus caput declinatum, antice capite vix latius, ad humeros dilatatum. Scutellum mediocre, triangulare, medium dorsi abdominis non attingens. Hemielytra abdomine angustiora, intra margines ejus elevatos, incumbentia; membrana longitudinaliter, crebre nervosa. Abdomen ad latera dilatatum, propter margines elevatos supra concavum. Corpus *majoris* magnitudinis, *nudum*, ovale aut angulatum, supra planiusculum. — Species omnes hujus generis tarde incedunt; odorem fortem, saepius ingratum spirant.

Subdivisio Prima. Lobus medius clypei in laminam non productus. Spinae interiores tuberculorum antennalium, introrsum convergentes. Antennarum articulus *secundus longitudine tertii, aut illo parum longior!* Anguli humerales pronoti valde prominentes, dilatati, rotundati. Abdomen ovale. Femora subincrassata subtus tuberculis muricata. Tibiae sigmoideo-curvatae: *Syromastes* Amy. et Aud. Serv. Hém. 206. 169.

73. ***Syr. marginatus*** (Linn.); glaber, rufo-fuscus, opacus; pronoti humeris auriculatis, abdominisque margine acuto, elevatis; membrana hemielytrorum aureo-brunnea; femoribus subtus unicanaliculatis, tuberculato-muricatis; spinis tuberculorum antennalium internis, distinctis, convergentibus; articulis antennarum duobus mediis, rufis*. Long. 6—7½ lin.

Cimex marginatus Linn. Faun. su. 923. Scopol. ent. carn. 124. 363. Schaeff. ins. rat. Tab. XLI. fig. 4. 5. Stoll. Punais. 26. Tab. V. fig. 37. Vill. Ent. Linn. 489. 32. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 368. 1301.

Cimex auriculatus De Geer Mém. III. 272. 17.

Coreus marginatus Fabr. Ent. syst. IV. 126. 1. Ejusd. Syst. Rhyng. 192. 6. Latr. gen. Crust. et ins. III. 118. 1. Wolf Icon. Cim. 20. 20. Tab. III. fig. 20. Schilling Beitr. I. 38. 1. Tab. IV. fig. 1. Fall. Cim. su. 56. 1. Ejusd. Hem. su. 36. 1. Zett. ins. lapp. 261. 1. Hahn. Wanz. II. 102. Tab. LXI. fig. 185 (opt.). Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 117. 11. ♀. Boit. man. enc. 57.

Coreus Venator Coqueb. Illustr. ic. Dec. II. Tab. XIX. fig. 7. non Fabric.!

Syromastes marginatus Burm. Handb. d. Ent. II. 315. 4. Herr. Schaeff. Wanz. IV. 98. Tab. CXLI. fig. 443. (caput cum pronoto). Amy. et Aud. Serv. Hem. 207. 1.

Syromastes Amy. Ent. Franç. 97. 78.

Habitat in hortis et fruticetis, inter gramina et in foliis aestate, per totam Lithuaniam, frequens. Calida tempestate celeriter cum susurru volat. Odorem fortem ingratum, spirat. Foemina ovula rufa sphaeroideo-compressa, sat magna, uno latere truncata, symmetrice foliis plantisque adglutinat.

Inter maximos hujus generis, hic est. Corpus totum *nudum*, non nitidum superficie granulato-punctata, obscurum, griseo aut rufo-fuscescens. Frons inter antennas spinis duabus obliquis convergentibus armata. Antennae a primo articulo horizontaliter fractae. Antennarum articulus primus trigonus, fuscus, tuberculatus; secundus tertio parum longior, utrique rufi, aut pallide ferruginei, *nudi*, filati; quartus incrassatus, cylindrico-fissiformis, fuscus, pubescens, tertio brevior. Pronotum fuscum valde declive, antice impressionibus duabus circularibus notatum; humeri in auriculas obtusas elevati, margine granulato. Vaginae rostri articulus primus crassior, apice ex sulco mentali exsertus. Scutellum triangulare, aequilaterum. Hemielytra glabra, colore corporis; membrana fusco-aurata multinervia, nervis tenuibus, prominulis, quasi exsculptis. Alae colore membranae. Abdomen supra rubrum, basi nigrum ad latera dilatatum, marginibus elevatis infuscatis, segmento anali apud marem apice truncato, integerrimo, apud foeminas conspicue in 4 dentes diviso, oviducto extus non conspicuo. Venter subtus ferrugineo-infuscatus; ostia spiraculorum abdominalium *umbilicata*, circulo lucidiore cincta. Pedes sat breves, robusti, ferrugineo-fusci, tuberculati. Femora oblongo-clavata, aequicrassa, subtus secundum sulcum longitudinalem tuber-

culis exasperata. Tibiae pallidiores validae praesertim apud mares sigmoideo-flexae, intus exasperatae. Tarsi pilosi, articulis distinctis, primo reliquis duobus robustiore.

Larva magis scabra, antennarum omnes articulos prismaticos trigonos, habet.

Nota. *Syromastes fundator* Hoffms. in Herr. Schff. Wanz. IV. 98. Tab. CXLI. fig. 444. est hujus forma Europae meridionalis, humeris pronoti acutiusculis et abdomine cinnabarino.

Subdivisio Secunda. Lobus medius clypei in laminam carinatam, abrupte productus. Tubercula antennalia sub apice, extus tantum, aut utrinque in spinam exserta. Antennarum articulus primus secundo brevior, secundus tertio longior, quartus brevis, ovalis. Anguli pronoti humerales dilatati, prominentes. Abdomen ovale. Femora subincrassata, subtus tuberculis exasperata. Tibiae rectae: *Enoplops* Amy. et Aud. Serv. Hém. 208. 170.

74. **Syr. Scapha** (Fabr.); glaber, supra fusco-griseus; subtus flavescens; pronoti humeris rotundatis postice emarginatis abdominisque margine pallide maculato utrinque dilatatis; antennarum articulo secundo toto tertio sub apice latiore basi, rufis *. Long. $5\frac{3}{4}$ lin.

Cimex Scapha Wolf. Icon. Cim. 69. 66. Tab. VII. fig. 66. a. b. (non bona).
Coreus Scapha Fabr. Ent. Syst. IV. 127. 2. Ejusd. Syst. Rhyng. 193. 9. Sturm Verzeichn. 1796. 61. Tab. IV. fig. 4. Coqueb. Illustr. icon. Dec. II. 82. Tab. XIX. fig. 5. Schilling Beitr. I. 39. 2. Tab. IV. fig. 2. Schellenb. Wanz. 19. Tab. V. fig. 1. a. ♀ (bona). Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. ger. 117. 9. ♂ (bona). Curt. Brit. Ent. IV. Tab. 171 (opt.!). Boit. man. enc. 57. Labr. et Imhof Schweiz. ins. Bänd. II. (bona).
Syromastes Scapha Burm. Handb. d. Ent. II. 315. 3.
Enoplops Scapha Amy. et Aud. Serv. Hém. 208. 1.
Enoplops Amy. Ent. Franç. 98. 79.

Habitat in Volhynia australi et Podolia. Odorem fortem pomorum satis gratum spirat.

Praecedente parum minor, occurrit tamen et ejusdem magnitudinis. Corpus nudum opacum, supra fuscum subtus flavo-griseum. Caput quadratum, antice lobo clypei medio corneo abrupte acuminatum. Tubercula antennalia extus flavo-albida, singulum in spinam solutum. Antennae horizontaliter refractae, medio fulvae aut rufae; articulus primus longitudine capitis griseus aut fuscus, nigricans; secundus cylindricus, rufus, tertio, qui basi rufus sub apice latior fuscus, parum longior; clava cylindrico-conica, fusca articulo tertio saltem duplo brevior. Pronotum devexum antice angustius; margo anterior leviter excisus, posterior rotundatus, laterales antrorsum, flavo-albidi, granulato-denticulati, in humeros elevatos, rotundatos, dilatatos, postice

leviter emarginatos s. obtusissime bidentatos abeuntes; impressiones transversales uti in *S. marginato*, sed ellipticae et minus profundae. Hemielytra auriculis pronoti angustiora. Scutellum triangulare, isoscele, cum apiculo calloso. Abdomen hemielytris longius et latius, marginibus elevatis, supra maculis irregularibus flavis notatis. Anus apud mares truncatus, segmenti sexti ventralis excavatione valvula integra clausa, apud foeminas distincte lobatim-quadridentatus, excavatione segmenti sexti ventralis, inferne valvula triangulari fissa velata. Omnia segmenta ventralia ad margines posteriores minute seriatim fusco maculata; spiraculorum ostiola circularia. Pedes tenuiores quam in *Syr. marginato*, flavescentes fusco-maculati. Femora non incrassata, haud tuberculata. Tibiae omnes rectae pallidae fusco-maculatae. Tarsorum articulus primus reliquis crassior. — Antennarum structura in utroque sexu eadem, qui statim ano distinguitur.

Nota. Specimina hujus majora e Lusitania, in Museo berolinensi sub nomine *Coreus cornutus* asservantur.

75. **Syr. spiniger** (Fabr.); glaber, supra griseus; abdomine margine pallide maculato; pronoto obtuse auriculato dentatoque; antennarum tuberculis utrinque in spinam elevatis, hinc capite quadrispinoso*. Long. 5 lin.

Cimex spiniger Fabr. Mant. ins. 287. 83. Rossi Faun. etr. ed. Illig. II. 369. 1302.
Cimex spinifer Villers Ent. Linn. 492. 43.
Coreus spiniger Fabr. Ent. Syst. IV. 350. 71. Ejusd. Suppl. 127. 3. Ejusd. Syst. Rhyng. 194. 10. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. ger. 127. 5. ♂ (bona). Boit. Man. ent. 57.
Enoplops spiniger Amy. et Aud. Serv. Hém. 208 in nota.
Phrissocranus Amy. Ent. Franç. 99. 80.

Habitat in Podolia australi.

Praecedenti affinis sed minor, et abunde distinctus.

Corpus flavo-fuscum s. flavescens aut testaceum fusco-irroratum. Caput griseum, antice pone tubercula antennalia utrinque, extus spina majori, intus spina minori seu spinis quatuor erectis, acutis, armatum. Antennae magis sunt elongatae quam in duabus praecedentibus articulo primo prismatico versus apicem in parvum dentem elevato, ultimo nigro, intermediis s. secundo et tertio fulvis. Pronotum griseo-fuscum, scabrum; margo anterior cum aliquot spinulis, margo posterior late et profunde excisus, utrinque dente acuto supra basin scutelli prominente instructus, praeterea margo lateralis humeralis in auriculam obtusam elevatus, postice emarginatus s. potius acute bidentatus ut in *Coreo denticulato*, observatur. Scutellum griseum apice albo. Abdomen griseum margine dilatato, prominente, acuto variegato; utrinque in margine maculae quatuor albae aut albido-flavae, intermediae duae inter se

magis distantes. Membranae hemielytrorum nervi omnes ramosi. Pedes nigropunctati. Tibiae rectae.

Subdivisio Tertia. Lobus medius clypei in laminam carinatam abrupte productus. Tubercula antennalia aut utrinque spinis destituta aut tantummodo introrsum obsolete spinulosa. Antennarum articulo secundo tertio parum breviore. Humeri pronoti parum prominuli. Abdomen quadratum. Femora non incrassata, laevia. Tibiae rectae: *Verlusia* Spinol. Amy. et Aud. Serv. Hém. 205. 168.

76. **Syr. quadratus** (Fabr.); opacus, glaber, griseo-flavescens supra fusco-punctulatus; pronoti angulis humeralibus apiculatis; abdomine quadrato v. rhomboidali *. Long. $4\frac{1}{2}$—5 lin.

Cimex quadratus Stoll. Pun. II. Tab. V. fig. 36. ♀. Villers Ent. Linn. 492. 44.
Cimex rhombeus Linn. Syst. Nat. II. 713. 22. *foemina!*
Lygaeus quadratus Coqueb. Illustr. icon. Dec. I. 37. Tab. IX. fig. 12. *mas.*
Coreus rhombeus Fabr. Ent. Syst. IV. 132. 19. et Ejusd. Syst. Rhyng. 199. 35. *foemina!*
Acanthia rhombea Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 360. 1287. *foemina!*
Coreus quadratus Fabr. Ent. Syst. IV. 132. 20 et Ejusd. Syst. Rhyng. 199. 36. *mas!* Wolf. Icon. Cim. 70. 67. Tab. VII. fig. 67. a. ♂ et 6 ♀. Schilling Beitr. I. 40. 3. (♂ et ♀) Tab. IV. fig. 3. ♀, Fall. Cim. su. 56. 2. Ejusd. Hem. su. 36. 2. Hahn. Wanz. II. 104. Tab. LXI. fig. 187. ♀. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 118. 12. (bona). Boit. Man. enc. 57.
Syromastes quadratus Burm. Handb. d. Ent. II. 314. 1.
Verlusia quadrata Amy. et Aud. Serv. Hém. 205. 1.
Verlusia Amy. Ent. Franç. 95. 77.

Habitat in arboribus, fruticibus et variis plantis, praesertim in Lithuania meridionali; circa Varsaviam (Perthes). Tarde incedit et foetet.

Praecedente minor. Ab omnibus facile abdomine dilatato quadrato v. potius rhombeo, dignoscitur.

Corpus sordide flavescens, opacum, glabrum, subtus subtiliter impresso-punctatum, immaculatum, supra maculis fuscis parvis inspersum. Lobus medius clypei capitis, antice acutiuscule porrectus. Oculi minuti. Ocelli inter se distantes. Tubercula antennarum introrsum ex utroque latere uti in *Syr. marginato*, in spinam brevem desinentia. Antennae horizontaliter refractae, dimidium corporis longitudinis superantes. Antennarum articulus primus triqueter, crassus, fuscescens, distincte granulatus; secundus triqueter tertio parum brevior et tertius cylindricus ambo ejusdem diametri, ferruginei v. sanguinei; quartus brevissimus, crassus, ovalis, niger. Rostrum tenue pedes posticos attingens. Pronotum trapezoidale, subplanum postice parum elevatum; anguli humerales in auriculas triangulares abrupte apiculatas dilatati, summo margine pallidiore. Scutellum exacte figurae trianguli aequilateri. Hemielytra abdomine angustiora; membrana aeneo-grisea. Abdomen sub alis

flavescenti-testaceum, basi nigrum, postice nigro-maculatum: segmento medio maxime dilatato, lateralibus sursum deorsumque in latitudine decrescentibus, unde figuram quadratam obtinet. Maris segmentum anale integrum apice late truncatum, foeminae e 4 laminis conflatum, quae cum duobus dentibus segmenti ultimi ventralis, abdomen apice *sexdentatum* formant. Larva (secundum Wolff) pilosa.

Nota. Nomen Linnaeanum, etiamsi unum sexum indicans, jure vindicandum et Fabriciano anteponendum, credo.

77. **Syr. sulcicornis** (Fabr.); supra cinnamomeus, subtus cum margine flavus; abdomine obtuse quadrato; antennis purpureis: articulis secundo et tertio prismaticis, sulcatis *. Long. $5\frac{1}{2}$ lin.

Coreus sulcicornis Fabr. Ent. Syst. IV. 132. 18. Ejusd. Syst. Rhyng. 199. 34. Coqueb. Illustr. Icon. Dec. I. 40. Tab. X. fig. 9.

Syromastes sulcicornis Herr. Schff. Wanz. IV. 98. Tab CXLI. fig. 442.

Habitat in Podolia australi.

Praecedente parum major, colore rufo fusco s. cinnamomeo, structura articulorum secundi et tertii in antennis, abdomine angustiore et angulis abdominalibus minus prominentibus, distinctus.

Antennae totae purpureae; articuli 2 et 3 multo crassiores quam in *Syr. quadrato*, eximie triquetri sulco longitudinali in singula facie notati, quartus s. clava illis parum latior. Latera pronoti, abdomen subtus et ad marginem, pedesque flavescentia.

Nota. *Coreus laticornis* Schilling. et *Atractus Genei* Spinolae, a cl. Amyot (Ent. Fr. 99. 81. 82) ex forma capitis Tetragonocephalis adnumerati sed structura antennarum, et relatione longitudinis articuli secundi ad tertium, a Syromaste diversissimi, in genere *Pseudophloeus*, quaerendi.

Tribus Secunda. TRIGONOCEPHALI Amy. et Aud. Serv. Hém. 216.

Char. ess. Caput triangulare. Tubercula antennalia saepissime brevia mutica.

Sectio Prior. COREIDES Amy. et Aud. Serv. Hém. 232 (ex parte).

Char. sect. Antennarum articulus primus longitudine capitis, aut capite multo longior.

Divisio Prima. LINICORNES Amy. et Aud. Serv. Hém. 217.

Char. div. Antennarum articulus quartus longus filiformis aut fusiformi-cylindricus, praecedentibus vix crassior.

Gen. XIV. ALYDUS Fabr. Syst. Rhyng. 248. 35. Burm. Handb. d. Ent. II. 323. 18.

Char. art. Caput triangulare, magnum, exsertum. Pronotum planiusculum. Scutellum triangulare. Hemielytra angusta, abdomen totum obtegentia: membrana oblique furcatim nervosa. Femora clavata, armata. Corpus elongatum, pilosum.

Char. nat. Caput triangulare, basi latum, inter antennas in apicem elongatum, productum. Oculi globosi valde prominuli. Ocelli duo magni, occipitales, approximati. Antennae longae, tenues: articulo primo vix longitudine secundi, secundo tertii longitudine, quarto secundo et tertio simul sumptis longiore, parum incrassato. Rostrum longum tenue, pedes medios attingens, basi liberum, vaginae articulo primo incrassato secundo longiore, *tertio quartum* in longitudine superante. Pronotum subtrapezoidale, planiusculum. Scutellum triangulari acutum. Hemielytra angusta, corio opaco, membrana oblique furcatim multinervia. Abdomen elongatum apice rotundatum, basi *constrictum.* Pedes tenues, postici elongati. Femora posteriora clavato-elongata, subtus spinis armata. Corpus mediae magnitudinis, elongatum, pilosum.

Subdivisio Prima. Femora posteriora parum reliquis crassiora. Tibiae posteriores rectae, tenuissime pilosae: *Alydus* Amy. et Aud. Serv. Hém. 225. 189.

78. ***Alyd. calcaratus*** (Linn.); fuscus, pilosus; abdominis dorso sanguineo; femoribus posticis acute dentatis; antennarum articulis secundo et tertio tibiisque pallidis, apice nigris*. Long. 5 lin.

Cimex calcaratus Linn. Faun. su. 968. De Geer Mém. III. 280. 24. Tab. XIV. fig. 23—25. Schaeff. ins. rat. Tab. CXXIII. fig. 2, 3. Villers Ent. Linn. 535. 200. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 385. 1327.

Lygaeus calcaratus Fabr. Ent. syst. IV. 162. 94. Wolf Icon. cim. 143. 138. Tab. XIV. fig. 138.

Alydus calcaratus Fabr. Syst. Rhyng. 251. 15. Hahn Wanz. I. 198. Tab. XXXII. fig. 101. Fall. Cim. su. 106. 1. Ejusd. Hem. su. 40. 1. Zetterst. ins. lapp. 261. 1. Curtis Brit. Ent. VIII. t. 369. Schilling Beitr. I. 49. 1. Tab. V. fig. 1. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 121. 10 (bona). Burm. Handb. d. Ent. II. 323. 1. Amy. et Aud. Serv. Hém. 226. 1. Labr. et Imhof Schweiz. Ins. Bändch. I. (bona). Boit. man. enc. 61.

Coreus calcaratus Latr. Hist. Nat. XII. 208. 15.

Anisoscelis calcarata Brull. Hist. nat. ins IX. 370.

Alydus Amy. Ent. Franç. 104. 87.

Habitat in Lithuania meridionali super *Euphorbiam virgatam* et *Genistam tinctoriam* rarius; circa Varsaviam (Perthes).

Corpus fuscum v. nigricans, brevissime pilosum. Caput subtriangulare, postice pro insertione thoraci angustius s. collo instructum. Antennae nigrae

rufo-variegatae, articulis scilicet secundo et tertio basi rufis apice nigris, tribus prioribus brevibus subaequilongis, quarto nigro longissimo, vix tamen secundum et tertium simul sumptis superante. Rostrum nigrum. Pronotum planum, nebulosum, pilosum, subquadratum postice parum latius, angulis humeralibus obtusis. Scutellum triangulare, lateribus basi longioribus, apice callo ferrugineo punctiformi terminato. Hemielytra nebulosa, interdum grisea, angustata, membrana magna fuscescente (rarius subtransparente), dense nervosa. Abdomen lineare dorso rufum, margine rufo-maculatum, subtus aeneo-nigricans. Pedes tenues elongati: postici longiores. Femora nigro-aenea, concolora, omnia subtus 3-5-dentata. Tibiae rectae pilosulae, basi late rufescentes, apice nigrae. Tarsorum articulus primus magnus basi rufescens, secundus et tertius toti nigri.

Praeter conformationem ani, foemina distinguitur corpore magis obeso, fusco, femoribus posticis 3-dentatis; mas statura tenuiore, colore saepe dilutiore, femoribus circiter 5-dentatis.

Ad hanc subdivisionem pertinent:

1°. *Alydus marginatus* Mus. berol. ad specimina a cl. *Gebler* e Kolywan (Sibiriae) missa. Colore pallidiore et paulo majore magnitudine a nostro *Alydo calcarato* discrepat.

2°. *Alydus limbatus* Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 135. 12, corpore tenuiore, majore magnitudine, hemielytris *margine exteriore flavescentibus* et angulis pronoti humeralibus *acutissimis* ab *Alydo calcarato* recedit. Habitat circa Kolywan (in Sibiria) secundum specimina in Museo berolinensi asservata, a Clar. *Gebler* missa.

3°. *Alydus pavidus* Mihi (*Huphus* Amy. Ent. Franç. 104. 86), niger, angulis pronoti humeralibus acutissimis, hemielytris ferrugineis, margine exteriore albidis, antennarum articulo quarto, summam secundi et tertii longitudinis superante, duobus intermediis, tibiisque pallidis, apice nigris, qui in Gallia meridionali habitat, intra fines nostri Imperii, nondum repertus.

Subdivisio Secunda. Femora posteriora, valde incrassata. Tibiae posteriores introrsum curvatae: *Camptopus* Amy. et Aud. Serv. Hém. 224. 188.

79. **Alyd. lateralis** (Germar); fusco-ferrugineus; pronoti hemielytrorum margine laterali (et saepe linea verticis) tenuissime albis, antennarum articulis duobus intermediis tibiisque pallidis, apice nigris: posticis curvis *. Long. $5\frac{1}{2}$ — 6 lin.

Coreus lateralis Germ. Faun. ins. eur. VIII. 21. (bona).
Alydus Geranii Leon Duf. Réch. Hém. 39. Tab. II. fig. 16. 17. Burm. Handb. d. Ent. II. 324. 3.

Anisoscelis Geranii Brull. Hist. nat. ins. IX. 370.
Alydus occipes Mus. berolin.!
Alydus lateralis Herr. Schaeff. Wanz. V. 99. Tab. CLXXVIII. fig. 549 et 550.
Camptopus lateralis Amy. et Aud. Serv. Hém. 225. 2.
Camptopus Amy. Ent. Franç. 103. 85.

Habitat in Podoliae australis pratis sylvaticis. Odorem non ingratum acescentem spirat.

Facie praecedenti similis. Corpus fusco-ferrugineum albo marginatum, saepe cum stria in vertice capitis alba. Antennae fuscae; duo intermedii articuli 2 et 3 late albo annulati, quartus longissimus basi albus. Pronoti humeri angulati, non prominuli; margo posterior in medio puncto albo notatus; aliud punctum flavo-album in apice scutelli. Femora postica crassa, 5—6-dentata. Tibiae posteriores curvatae, omnes in medio pallidae.

Nota. *Alydus brevipes* Herr. Schaeff. Wanz. V. 101. Tab. CLXXVIII. fig. 551., ab *A laterali* essentialiter non differt.

Gen. XV. STENOCEPHALUS Latreille Fam. nat. 421. Burm. Handb. d. Ent. II. 328. 22.

Char. art. Caput triangulare, magnum, exsertum. Pronotum trapezoidale, latitudine abdominis. Scutellum triangulare. Hemielytra abdomen obtegentia, membrana octonervia, basi cellula magna. Femora non clavata inermia. Corpus elongatum, pilosum.

Char. nat. Caput triangulare, antrorsum inter antennas porrectum, apice fisso. Oculi magni globosi, prominuli. Ocelli duo parvi in medio occipitis, distantes. Antennae pilosae, saltem dimidii corporis longitudine; articulo primo *incrassato*, longitudine capitis sed apicem ejus duplo superante, basi attenuato, secundo tenuiore, elongato tertium $\frac{1}{3}$ superante, quarto longitudine secundi, vix praecedentibus crassiore, cylindrico. Rostrum rectum coxas intermedias attingens: vaginae articulo primo et secundo elongatis, tertio et quarto aequilongis, brevioribus. Pronotum trapezoidale, margine posteriore recto, angulis humeralibus non prominentibus. Scutellum majusculum, triangulare. Hemielytra abdomen fere ex toto obtegentia, corio, membrana *basi cellula magna* nervisque longitudinalibus, circiter 8 interdum subdivisis instructa, obscura, subopaca, longiore. Alae inferiores longitudine hemielytrorum. Abdomen ovali-oblongum apice rotundatum. Pedes aequales, pilosi, sat longi et tenues, spinis destituti. Femora non incrassata, inermia. tibiis robustiora. Tibiae ciliatae. Tarsi 3-articulati; articulo primo secundum et tertium simul sumptos, superante.

Sexus distinguitur conformatione segmenti analis, quod inferne apud

mares tubulosum, integerrimum, convexum apud foeminas fissum postice valvulis carinatim conniventibus, clausum.

80. **Sten. nugax** (Fabr.); aeneo-fuscus, antennis albo nigroque annulatis; rostro, femoribus et tibiis basi, late, scutelloque apice albis*. Long. 5 lin.

Cimex agilis Scopol. Ent. carn. 126. 366. *mas!*
Cimex monilis Villers Ent. Linn. 523. 147.
Cimex nugax Fabr. Villers Ent. Linn. 521. 132. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 388. 1333. Stoll Punais. 50. Tab. XI. fig. 78. ♀, 79. ♂.
Lygaeus nugax Fabr. Ent. syst. IV. 162. 93. Wolf Icon. Cim. 30. 30. Tab. III. fig. 30. *foemina!*
Cimex 5-punctatus Goetze Beitr. II. 278. 23.
Coreus nugax Fabr. Syst. Rhyng. 200. 42. Schilling Beitrag. I. 48. 11. Tab. V. fig. 2. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 121. 9. ♂ (bona).
Dicranomerus nugax Hahn. Wanz. I. 22. Tab. III. fig. 13.
Stenocephalus nugax Burm. Handb. d. Ent. II. 328. 1. Amy. et Aud. Serv. Hém. 228. 1.
Stenocephalus Amy. Ent. Franç. 101. 83.

Habitat in Lithuania meridionali super *Euphorbiam Cyparissiam* rarius; circa Varsaviam (Perthes). Odorem foetidum spirat.

Mas et Foemina similes. Corpus supra fuscum, antice pubescens, sub lente parum aeneum, in thorace et corio hemielytrorum impresso nigro-punctatum. Caput opacum; oculi laterales in medio ejus longitudinis. Antennarum articulus primus *niger* dense pilosus, secundus pallidus cum annulis duobus nigris, altero terminali, reliqui nigri basi pallidi. Anguli extremi humerales saepe et scutellum apice semper callo albo punctiformi instructa. Corium hemielytrorum griseum, membrana fusca subopaca. Abdomen marginatum, supra rufum; margo utrinque nigro et flavo, aut nigro et albo variegatus. Venter cano-sericeum; spiraculorum ostia in singulo segmento duplicata, foveolas punctiformes depressas, oblique positas, referentia. Femora basi pallida. Tibiae basi late pallidae, albae aut flavae. Tarsi fusci.

Foeminae venter subtus magis carinatus, organis genitalibus ex apice abdominis exsertis, segmento ultimo eximie carinato longitudinaliter fisso. Apud marem abdominis ultimum segmentum truncatum, cylindrico-excavatum apertura valvula convexa clausa, superne utrinque in parvum apiculum productum.

Nota. Variat colore antennarum. Articulus secundus aeque ac sequentes basi tantum pallidus occurrit.

Forma hujus speciei, partibus omnibus magis elongatis, antennarum articulo secundo et tertio basi late fulvis apice nigris et quarto *toto rufo*, regionibus Europae australis et Podoliae australi propria, est: *Stenocephalus*

neglectus Herr. Schaeff. Wanz. III. 55. Tab. LXXIX. fig. 272; *Acyclocerus* Amy. Ent. Franç. 102. 84.

Gen. XVI. MICRELYTRA Laporte Hém. 27; *Actorus* Burm. Handb. d. Ent. II. 327. 21.

Char. art. Caput ovale. Pronotum subcylindricum. Hemielytra abdomine breviora, membrana destituta. Alae nullae. Femora clavata, inermia. Corpus elongatum, lineare, nudum.

Char. nat. Caput ovale inter antennas in apicem obtusum longe porrectum. Oculi magni prominuli. Ocelli duo minuti, ab oculis valde remoti, occipitales, approximati subcontigui. Antennae filiformes corpore breviores, articulo primo robusto, brevi, sursum clavato v. inflato, *capite secundoque articulo breviore*, secundo tertioque aequilongis, quarto magis elongato, subcylindrico, vix incrassato. Rostrum pedes medios attingens. Pronotum *cylindricum*. Hemielytra coriacea *anguste elliptica membrana* destituta, abdomine *duplo* breviora. Alae nullae. Abdomen elongatum, cylindricum, in medio margine parum marginatum. Pedes breves, posteriores longiores. Femora clavata, inermia.

Foeminae gravidae abdomen fusiforme, late membranaceo-marginatum; segmentum ventrale ultimum uti in *Syromaste*, valvulis magnis extus pilosis, clausum, maris subtus inspectum cavitatem offert, processu spinoso quasi in duas divisum.

81. ***Micr. fossularum*** (Rossi); aeneo-nigra v. grisea, linearis, teretiuscula, nigro-punctata, pronoto, abdomine hemielytrisque albo-marginatis; tibiis albis; antennis albo-annulatis *. Long. 5 lin.

Cimex fossularum Rossi Faun etr. ed. Jllig. II. 398. 1354.
Gerris fossularum Fabr. Ent. Syst. IV. 543. 5.
Hydrometra fossularum Fabr. Syst. Rhyng. 259. 9.
Velia fossularum Latr. Hist. nat. XII. 270. 2. Boit. man. enc. 74.
Alydus apterus Leon Duf. Réch. Hem. 41. 2. Tab. II. fig. 1—8.
Actorus fossularum Burm. Handb. d. Ent. II. 327. 1. Herr. Schaeff. Wanz. VI. 101. Tab. CCXIII. fig. 672.
Stenocephalus fossularum Brull. Hist. nat. ins. IX. 371.
Micrelytra fossularum Amy. et Aud. Serv. Hém. 231. 1. Tab. V. fig. 4.
Micrelytra Amy. Ent. Franç. 105. 88.

In Podoliae australis ad fossas herbosas aquarum frequens. Odorem non ingratum acescentem spirat.

Sexus uterque similis, sed mas foemina minor.

Propter hemielytra abbreviata, membrana destituta, alasque nullas, faciem

larvae habet. Corpus insigniter elongatum, lineare. Caput obscure griseum. Oculi nigri. Rostrum fuscum. Pronotum et hemielytrorum rudimenta, punctata, grisea, extus albo-marginata. Scutellum parvum, concolor. Antennarum articulus primus totus niger, secundus et tertius nigri medio late albo-annulati, quartus tertio parum longior, rufus. Abdomen supra griseum subtus et ad latera (uti in quibusdam *Hydrometris*) cinerascens. Margines abdominis apud mares valde elevati, minus in foemina. Pedes breves. Femora omnia nigra, fusiformia, postica longiuscula. Tibiae pilosae, albidae, apice nigrae. Tarsi fusci. Color partium in vivis pallide flavus, in mortuis facile albus evadit.

Etsi statura et magnitudine conveniat ex parte cum *Hydrometra paludum,* differt tamen ab ejus pupa multis notis, scilicet: antennis pilosis longioribus, bis albo fasciatis, articulo ultimo, ferrugineo, majori; rostro minime arcuato et ultra secundum par pedum, protracto; rudimentis hemielytrorum extus albo marginatis, brevioribus, antice minime remotis. Praeterea femora nigra sunt et crassiora, tibiae albae, abdomen supra excavatum, marginibus elevatis acutis, venter convexus griseus, nec sericeo-albicans etc.

Gen. XVII. CHOROSOMA Curtis Brit. Ent. Vol. VII. (1830) Tab. 297; *Myrmus* Burm. Handb. d. Ent. II. 312. 8.

Char. art. Caput triangulare. Antennae pilosae, longe ante oculos insertae, articulis basilaribus parallelis, robustis, incrassatis. Pronotum conico-trapezoidale. Scutellum triangulare, parvum. Hemielytra semicoriacea, pellucida, abdomine breviora, corio 4—5 nervi, membrana multinervia: nervis obsoletis. Abdomen lineare, elongatum. Pedes tenues. Femora non incrassata. Corpus nudum. — *Inter hujus* et *sequentis Divisionis, genus hoc omnino medium locum tenet.*

Char. nat. Caput triangulare, in frontem inter antennas, obtusum, *integerrimum* productum, lobo medio clypei antice *apiculato.* Antennae pilosae, 4-articulatae, pedes anticos excedentes, tuberculis lateralibus clypei, *longe ante oculos* insertae. Articuli antennarum duo primi paralleli robusti, incrassati, basi introrsum attenuati, *apicem clypei longe* excedentes; *secundus longissimus, elongato-conicus sursum attenuatus;* tertius secundo parum brevior et tenuior, quartus tertio brevior, cylindricus, haud incrassatus. Rostrum 4-articulatum, tenue, pubescens, pedes posticos attingens. Labrum vaginae rostri articulo primo longius, pubescens, basi tumidum, apice attenuatum, acutum. Oculi laterales, globosi, prominentes. Ocelli duo in medio occipitis. Pronotum longitudine capitis, *conico-trapezoidale,* subdepressum, in medio *cum carinula longitudinali,* angusta, obsoleta. Scutellum parvum

triangulare. Hemielytra abdomine *breviora*, angusta semicoriacea, *pellucida*. 4—5-nervia in disco areolata, areolis basilaribus, elongatis, majoribus, terminali exteriore triangulari nervo costali apice longe appendiculata. Membrana hyalina magnitudine partis semicoriaceae (corii pellucidi), nervis pellucidis numerosis, parallele obsolete striata. Alae breves tenuissimae, nervis obsoletis. Abdomen tenue elongatum, latitudine pronoti, ad latera parum convexum, supra depressum, apud mares processu quadrato et appendicibus duobus conicis a latere, apud foeminas tubulo terminatum. Pedes simplices, tenues; quatuor posteriores a duobus anterioribus parum remoti, postici elongati, omnes pilosiusculi. Femora inermia tibiis rectis multo longiora, versus basin parum attenuata. Tarsi 3-articulati, pilosiusculi, distincti, articulo primo secundum et tertium simul sumptos, duplo superante. Ungues lati, incurvi, acuti, basi membrana appendiculati. — Mas foemina angustior.

Species hujus generis cum *Miridibus* et *Gerridibus* confundi possunt, sed *Mirides* ocellis carent et hemielytra longitudine abdominis habent, *Gerrides* praeter alios characteres, femoribus anticis incrassatis, trochanteribus longis recedunt.

Subdivisio Prima. Articulus primus antennarum abbreviatus, quartus cylindrico incrassatus, secundus tertio longior; abdomen brevius et latius: *Rhopalus* Schilling.

82. **Chor. miriformis** (Fallen); oblonga, dense pilosula, virescens, purpureo-nigroque varia; corporis scutellique lateribus pallidis; antennis rubris pedibusque scabro-hirsutis; areolarum corii nervis sanguineis; abdomine dorso nigro*. Long. 4 lin.

Miris abbreviatus Wolf. Icon. Cim. 116. 110. Tab. XI. fig. 110. *foemina.*
Coreus miriformis Fall. Cim. su. 60. 8. Ejusd. Hem. su. 44. 4. Zetterst. ins. lapp. 261. 1.
Rhopalus miriformis Schilling. Beitr. I. 54. 6. Tab. VI. fig. 3.
Myrmus miriformis Hahn. Wanz. I. 82. Tab. XIII. fig. 46. 47. Burm. Handb. d. Ent. II. 312. 1.
Corizus miriformis Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 121. 11 (*ins. declar.*) et f. 12. (*pupa*).
Myrmus Amy. Ent. Franç. 117. 102.

Habitat frequenter in pratis graminosis sylvaticis per Lithuaniam borealem, aestate.

Faciem habet *Miridis laevigati,* sed antennis et ocellis facillime dignoscitur. Antennae cylindricae, rufo hirsutae, apice fuscae; tres priores articuli eximie setuloso-pilosi *rubicundi,* primus reliquis crassior apicem capitis parum superans, secundo duplo brevior; secundus apicem versus sensim attenuatus tertio longior; tertius cylindricus; quartus tertio brevior cylindrico-subfusiformis *fuscus.* Caput, thorax et scutellum rufo-grisea, rugoso-pun-

ctata sub lente tenuissime pilosula. Pronotum subquadratum cum linea in medio elevata, lateribus pallidis. Hemielytra *brevia* corio submembranaceo, nervis validis, rufis v. sanguineis; margo lateralis, membrana magna et alae, albida. Abdomen dorso nigrum margine viridi elevato, subtus in mare viridi-griseum ferrugineo-punctatum. Pedes pilosi aeque ac antennae, pilis tamen brevioribus.

Larva: oblonga, viridis, antennis pedibusque densius rufo-hirsutis, abdominis linea dorsali nigra, rudimento hemielytrorum rufescente. Foemina virescens, mas: grisescens.

Pedes, antennae et nervi hemielytrorum in imaginibus modo rubicundi, vel uti totum abdomen pallide flavescunt. — Variat praeterea abdomine supra pallido fascia longitudinali, angusta, nigra et antennarum articulo primo fusco.

Nota. *Chorosoma microptera* Curtis (*Lygaeus micropterus* Burr. Entomolog. Transact. 71. Tab. I.), viridis, pilosa, hemielytris abdomineque laevissimo glaberrimoque, antennis pedibusque roseis, hemielytris corpore dimidio brevioribus, nervis rubicundis, alis rudimentariis, abdomine apud foeminam dilatato roseo-cincto in medio supra fascia longitudinali nigra, a *Chorosomate miriformi* non diversa, et exacte cum eximia figura *Hahnii*, quadrat.

Subdivisio Secunda. Articulus primus antennarum capite longior; secundus et tertius subaequelongi, quartus parum incrassatus; abdomen tenuius: *Chorosoma* Curtis.

83. **Chor. Arundinis** (Curtis); linearis, angusta, viridi flavescens; antennis purpureo-adspersis, abdomine supra nigro linea longitudinali media marginibusque flavescentibus; tarsis nigro maculatis *. Long. 7 lin.

Chorosoma Arundinis Curt. Brit. Entom. VII. (1830) Tab. 297. (optima!).
Rhopalus Schillingii Schumm. Schilling Beitr. I. (1829). 55. 7. Herr. Schaeff. Wanz. IV. 74. Tab. CXXXI. fig. 402 (optima).
Myrmus Schillingii Burmeist. Handb. d. Ent. II. 312. 2.
Myrmus brevipennis Mus. berolin.!
Chorosoma Amy. Ent. Franç. 116. 101.

Cimex s. n. Perth. Mans. Ent. Ins. Lithu. et Pol. ex anno 1802. 175. fig. 2 [1]).

---

1) „Voici une Punaise *très allongée* et *très étroite.* Elle est de même caractère des „deux antérieures (scilicet *Mir. laevigati* Fabr. et *Mir. calcarati* Fall. etiam ab auctore non „designatos). La couleur en est à peu près la même, si non un peu plus pâle, et l'écusson „plus clair, presque blanc. La partie parcheminée des étuis un peu marquée est *diaphane* „*presque comme verre.* Il est à noter, que ces étuis sont un *peu plus longs* que la moi-„tié de l'abdomen, dont une grande partie reste à decouvert et on voit *que cette partie* est „*noire à* strie *du milieu de la couleur du dessus* et les bords sont aussi de la même cou-„leur. En dessous l'insecte est comme en dessus; telles sont encore les pattes dont les „postérieures *sont trés longues* et *inermes!* Les antennes sont *remarqueblement grosses et* „*se terminent en une fil; l'insecte* les porte *toujours presque jointes en avant.* Les yeux

Habitat locis sabulosis Lithuaniae in *Carice hirta* et *Calamagrostide Epigejo* passim; in Samogitia circa Polangam inter *Elymum arenarium* aestate; circa Varsaviam (Perthes). Odore caret.

Similis praecedenti, sed multo major, et angustior.

Tota pallide viridi-flavescens, punctulata, sparse pilosa pilis brevissimis rigidis. Clypei capitis apex striis lateralibus abbreviatis, lobo medio carinulato. Antennae et latera capitis rosea, fusco v. purpureo punctulata. Articulorum structura in antennis uti in characteribus generis memoratum. Oculi et ocelli in vivo purpurascentes. Pronotum oblongo-trapezoidale in medio et ad latera cum carina obsoleta, ad angulos humerales impressione notatum. Scutellum roseum medio carinatum, margine utrinque striga nigra. Hemielytra ad costam punctulata flavescentia, basi concolora, areolarum nervis roseis. Ad basin alarum et ad angulum baseos elytrorum inferiorem, saepe punctum minutum atrum observatur. Longitudo corii eadem fere ac membranae, quae pellucida, nervis longitudinalibus symmetricis numerosisque percursa, medium abdominis non attingit. Abdomen sparse punctulatum, supra striis duabus abbreviatis nigris versus apicem attenuatis, basi confluentibus, in sinu hoc fascia viridi, instructum. Tibiae posteriores apice nigrae. Tarsi extremi nigricantes.

Insectum post mortem, diu conservatum, colorem pulchrum roseum partium suarum amittit, et fere pallidum evadit.

Divisio Secunda. NODICORNES Amy. et Aud. Serv. Hém. 232.

Char. div. Articulus quartus antennarum perspicue cylindrico-incrassatus, tertio brevior, primus robustus aut capillaris:

§. 1. *Antennae capillares a primo articulo geniculatim antrorsum fractae, apice nutantes:*

Gen. XVIII. BERYTUS Fabr. Syst. Rhyng. 264. 40. Burm. Handb. d. Ent. II. 313. 9.

Char. art. Caput subconicum. Antennae medium versus geniculatim fractae, *articulo primo longissimo.* Pronotum trapezoidale subtricarinatum. Scutellum minutum lineari-conicum. Hemielytra longitudine abdominis corio pellucido sensim in membranam 5—6-nerviam abeunte.

———

„sont noirs. J'observe que cette espèce et les deux précedentes portent leurs pattes antérieures d'un façon que les tibes sont jointes aux cuisses comme une lame de couteau fermé et mis dans la manche, de sorte que le génou regarde en haut."

Pedes posteriores longiores; femora clavata. Corpus nudum, angustum, tipuliforme.

Char. nat. Caput angustum, antice partim rotundatum partim acuminatum, lobo medio clypei in lamellam producto aut aequali. Oculi parvi, globosi, laterales. Ocelli in medio occipitis longe ab oculis remoti et inter se dissiti. Antennae supra lineam ab oculis ad labri originem ductam et non procul ab illis insertae, elongatae, fere longitudine corporis, tenuissimae, supra primum articulum geniculatim deorsum fractae. Articulus primus antennarum longissimus fere longitudinis summae secundi et tertii; secundus et tertius filiformes, *valde inaequales,* tertius primo parum secundus primo quadruplo, brevior; quartus brevissimus incrassatus ovato v. ovali cylindrico-fusiformis, *puberulus.* Rostrum tenue, quadriarticulatum, medium sterni attingens, articulo primo vaginae, reliquis longiore crassioreque. Pronotum parvum, convexum, subtrapezoidale (postice sensim latius), carinis tribus longitudinalibus instructum, saepius minus distinctis lateralibus ad angulos humerales in tuberculum elevatis. Scutellum minutum, lineari-conicum. Hemielytra longitudine abdominis, angusta, linearia, corio membrana breviore parum opaco, areolis angustis longitudinalibus instructo versus apicem valde acuminato a membrana nervo anastomosante marginali, separato. Membrana corio latior, subpellucida v. transparens, nervis longitudinalibus 4—6, simplicibus, sub lente plus v. minus distinctis, instructa. Alae albidae nervosae. Abdomen hemielytris obtectum, angustum, lineari-cylindricum apud mares, ovaliforme basi parum attenuatum apud foeminas, marginibus inflexis supra utrinque carinatum. Pedes longi tenues, posteriores duo longiores. Femora omnia apicem versus *clavata.* Tibiae setaceae. Tarsi triarticulati, articulo primo duos sequentes simul sumptos subaequante.

Subdivisio Prima. Lobus medius clypei (frons) antice in laminam, aut cornu productum: *Neides* Latreille Gen. Crust. et ins. III. 120. 363. Amy. et Aud. Serv. Hém. 233. 195.

84. **Beryt. tipularius** (Linn.); pallide viridis aut testaceo griseus; frontis cornu compresso porrecto; pronoto distincte tricarinato, postice elevato-gibbo; tegminibus striato-nervosis fusco-punctatis; antennis corporis longitudine: articulo secundo tertio duplo breviore*. Long. $5\frac{1}{2}$ lin.

Cimex tipularius Linn. Faun. su. 973. Frisch. Ins. VII. 28. Tab. 20. Vill. Ent. Linn. 538. 206.
Gerris tipularius Fabr. Ent. Syst. IV. 192. 18. Fall. Cim. su. 118. 7.
Berytus tipularius Fabr. Syst. Rhyng. 264. 1. Wolf. Ic. cim. 198. 198. Tab. XX. fig. 198. Fall. Hem. su. 165. 1. Schilling Beitr. I. 56. 1. Tab. VII. fig. 3. a. Hahn. Wanz. I. 133. Tab. XXI. fig. 68. Burm. Handb. d. Ent. II. 313. 1. Boit. man. enc. 62.
Neides tipularia Latr. Gen. Crust. et ins. III. 120. 1. Amy. et Aud. Serv. Hém. 233. 1.

Neides tipularius Labr. et Imh. Schweiz. ins. Bändch. IV. (bona, griseo-color.)
Neides Amy. Ent. Franç. 109. 92.

Habitat locis sabulosis in graminibus per totam Lithuaniam; vernali tempore et sero autumno excipulo capitur. Tarde incedit et volat. Odorem nullum spirat.

Corpus elongatum, tenue, lineare, in vivo rigidiusculum, nuper exclusi pallide viride, mox griseum aut cinereum, opacum, glaberrimum. Caput cornutum et pronotum tertiam partem corporis longitudine non superant. Antennae longitudine corporis; articulus secundus tertio fere duplo tantum brevior, quartus brevissimus, fuscus. Frontis cornu porrectum, supra labrum prominens, e duabus quasi laminis juxta positis, supra rectis subtus semicircularibus, conflatum. Pronotum depressum tricarinatum, carinis angustis, dorsali s. media lateralibusque marginantibus, his in tuberculum humerale desinentibus. Margo *tegminum ante membranam, punctis quinque aut sex fuscis notatus.* Membrana *quinque*nervia diaphana *in medio longitudinaliter fusco punctata.* Alae *basi ad costam stria fusca.* Abdomen testaceo-griseum. Pedes antici et intermedii aequales, postici longissimi. Femora omnia apice clavata, in *parte clavata* fusco-punctata.

„Antennae (antrorsum) fractae quarum articulus primus apice clavatus „sed apex summus magis clavatus, pedes referunt" Linnaeus!

Nota. *Berytus crassipes* Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 135. 6. a., hujus modificatio magis robusta, videtur.

85. **Beryt. clavipes** (Fabric.); flavo-viridescens aut testaceo-griseus; frontis cornu brevi; pronoto postice plano; tegminibus striato-nervosis; antennis corpore brevioribus; articulo antennarum primo apice ultimo toto, femoribusque apice fuscis, secundo tertio subsexies breviore*. Long. 3 lin.

Gerris clavipes Fabr. Ent. Syst. IV. 192. 20. Fall. Cim. su. 118. 8. Villers Ent. Linn. 539. 210.
Berytus clavipes Fabr. Syst. Rhyng. 265. 2. Fall. Hem. su. 165. 2. Schilling Beitr. I. 56. 2. Tab. VII. fig. 3. b. Hahn Wanz. I. 135. Tab. XXI. fig. 69. Burm. Handb. d. Ent. II. 313. 2. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 135. 6. b. Boit. man. enc. 62.
Neides clavipes Amy. et Aud. Serv. Hém. 234. 2.
Berytus Amy. Ent. Franç. 109. 92.

Habitat in Lithuaniae meridionalis locis sabulosis sylvaticis ac praecedens, quo multo rarior.

Praecedente multo minor et cum illo non facile confundendus, praesertim si antennarum structuram, et superficiem pronoti planam et aequalem, scutellumque longius linea carinulata dorsali ex pronoto continuata, attente inspexeris. Antennae fractae et pedes ut in specie praecedente. Antennae

tamen *vix dimidii longitudinis corporis*. Articulus ultimus antennarum, *clava articuli primi* magis distincta et *clavae femorum*, *fusca*. Articulus *secundus antennarum* tertio quinquies aut sexies brevior. Frons latius in cornu breve productus. Tegmina longitudinaliter striata, immaculata. Abdomen in foemina magis dilatatum quam in praecedente.

Nota. *Berytus minor* Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 135. 7., huius tantum modificatio.

Figura Schellenbergii (Wanz. 15. Tab. IV. fig. 1. a. b) a *Beryto clavipede* Fabr., clava antennarum *quadriarticulata*, scutello magno, femoribusque apice non clavatis, diversa, si non fictitia, distinctissimam speciem mihi ignotam, repraesentat.

Subdivisio Secunda. Caput antice conico-rotundatum, obtusum, fronte clypei in laminam non producta: *Berytus* Amy. et Aud. Serv. Hém. 232. 194.

86. **Beryt. annulatus** (Burm.); ferrugineus, antennis pedibusque pallidis, nigro-punctatis; femoribus apice et antennarum articulo ultimò nigris, secundo tertio fere duplo breviore *. Long. 4 lin.

Berytus rufescens Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 135. 8!
Berytus annulatus Burm. Handb. d. Ent. II. 313. 3.
Raméa (ex lingu. hebr.) Amy. Ent. Fr. 108. 90.

Habitat locis sabulosis Lithuaniae meridionalis, rarius.

Species a praecedentibus distinctissima. Color insecti vivi lateritio-ruber aut ferrugineus. Corpus impresso-punctatum. Apex capitis obtuse conicus in cornu non productus. Antennae pallide flavae, clava nigra, articulo secundo tertio fere duplo breviore. Pronotum antice convexum teretiusculum, postice planum. Corium hemielytrorum (tegminum) vitreo-pellucidum, nervis areolarum distinctis, flavescentibus. Femora pallide flava, distincte nigropunctata.

87. **Beryt. elegans** (Curt.); pallidus, capite, pronoti maculis duabus disci, callis tribus elevatis carinularum dorsalium, antennarumque articulo ultimo nigris, secundo tertium subaequante; pedibus fusco-punctatis *. Long. 2 lin.

Neides elegans Curt. Brit. Ent. IV. (1827). Tab. 150.
Berytus punctipes Germ. Faun. ins. eur. VII. 21. (omnino hic!).
Berytus elegans Amy. et Aud. Serv. Hém. 232. 1.
Senuma (ex lingu. hebr!) Amy. Ent. Fr. 108. 89.

Habitat locis sabulosis in graminibus ad oras fluminum Lithuaniae meridionalis, rarius.

Facies praecedentis sed duplo minor. Caput nigrum, *nitidum*, fronte conico-obtusa. Oculi et ocelli flavescentes. Pronotum flavescens, oblongum, punctatum antice angustatum, *disco maculis duabus nigris nitidis, carinisque tribus, postice distinctioribus in gibbos* s. *tubercula tria nigricantia abeuntibus, instructum.* Scutellum basi transversum, nigrum, subito attenuatum, filiforme, elevatum, curvatum, pallidum. Hemielytra pallida in corio rugulosa, striata, 5-nervia membrana medio et apice macula longitudinali fusca notata. Antennae pallidae articulo primo nigro, secundo fusco-punctato, ultimo nigro pubescente. Abdomen basi nigrum, medio fuscescens, ad latera fuscum. Pedes pallidi fusco-punctati. Femora sub apice parum ferruginea posteriora praesertim nigro-punctata. Tibiae et tarsi nigro-maculata. Articulus ultimus tarsorum niger.

Nota. Clar. *Amyot*, nomina hujus et praecedentis speciei, commutavit!

§. 2. *Antennae robustae filiformes a primo articulo prismatico horizontaliter fractae:*

Gen. XIX. PHYLLOMORPHA Laporte Hém. 47. Amy. et Aud. Serv. Hém. 235. 198. Herr. Schaeff. Wanz. VI. 102.

Char. art. Caput spinis velatum. Scutellum triangulare minutum. Pronotum et abdomen margine laciniatim spinosa.

Char. nat. Caput subtriangulare ex parte spinis velatum. Oculi parvi, globosi, prominuli. Ocelli duo ab oculis remoti. Antennae dimidii corporis longitudine, *spinosae.* Articulus primus elongatus spinosissimus reliquis robustior, secundus et tertius tenues, cylindrici, tertius secundo *duplo longior*, quartus minutus, incrassatus, ovalis. Rostrum pedes posticos attingens quadriarticulatum, articulo *tertio* longissimo. Pronotum utrinque alatum, alis subtriangularibus laciniatim spinosis, postice bilobum, lobis supra basin scutelli porrectis. Scutellum triangulare *minutum.* Hemielytra homogenea, corio membranaceo pellucido membrana propria breviore, longitudine abdominis. Membrana hyalina abdomen non excedens, nervis plicas longitudinales numerosas referentibus, in margine exteriore obliquis, instructa. Abdominis margo foliaceo dilatatus, lobatim divisus, lobis margine spinosis. Pedes longi, tenues, posteriores parum longiores. Femora non incrassata, tota cum tibiis basi plus vel minus spinis armata. Tarsi minuti. — Spinae antennarum, capitis et pronoti, symmetrice dispositae.

88. ***Phyll. laciniata*** (Villers); flavescens; laciniis corporis membranaceis angustis: abdominalibus apice acutis obtusisque, spinigeris et pro-

noto antico, supra scutellum profunde exciso, fuscis aut purpurascentibus *. Long. 4—5 lin.

Cimex laciniatus Villers Ent. Linn. 493. 49. Tab. 3. fig. 20.
Coreus paradoxus Wolf. Icon. cim. 85. 184. Tab. XIX. fig. 184. non Sparm.! Boit. Man. enc. 56.
Coreus Hystrix Latr. Nouv. Dict. d'Hist. nat. VIII. 55. Planche B. 21. fig. 8. (1817).
Coreus laciniatus Brullé Hist. nat. ins. IX. 363.
Phyllomorphus laciniatus Burm. Handb. d. Ent. II. 310. 1.
Craspedum laciniatum Ramb. Faun. and. II. 139.
Phyllomorpha laciniata Amy. et Aud. Serv. Hém. 236. 1.
Phyllomorpha erinaceus Herr. Schaeff. Wanz. VI. 103. Tab. CCXIV. fig. 673.
Craspedum Amy. Ent. Franç. 110. 93.

Habitat super folia arborum in hortis et sylvis Podoliae australis rarius. Tota flavescens. Caput, pronotum antice attenuatum et devexum nec non laciniae ejus marginales fusca aut purpurascentia. Pars posterior pronoti profunde excisa. Lobi marginum abdominalium acuti aut obtusi, supra spinis obsessi.

Nota. *Coreus paradoxus* Fabr. in *Ahrens* Faun. ins. Europ. I. 24. alia est species a nostra diversa.

Gen. XX. GONOCERUS Latreille Fam. nat. 420. Burm. Handb. d. Ent. II. 310. 7.

Char. art. Caput triangulari-oblongum. Antennae non spinosae, articulo tertio compresso. Pronotum devexum margine posteriore arcuato, angulis humeralibus prominentibus. Membrana hemielytrorum multinervia. Abdomen marginatum, margine hemielytra excedente. Pedes mutici. Corpus ovali-oblongum cum omnibus partibus nudum.

Char. nat. Caput triangulari-oblongum inter antennas in frontem obtusum porrectum. Oculi globosi, prominentes. Ocelli duo in occipite. Antennae $\frac{2}{3}$ longitudinis corporis, non spinosae, tuberculis ante oculos insertae. Articulus primus sursum incrassatus longitudine capitis, secundus tertio longior; tertius parum compressus, quartus ovalis, brevissimus, crassior. Rostrum tenue pedes posticos attingens. Pronotum trapezoidale antice latitudine capitis, paulisper sensimque deorsum elevatum, angulis humeralibus plus minusve prominentibus, margine posteriore leviter arcuato. Hemielytrorum corium elongatum, sulco ante clavum obliquo margini scutelli parallelo. Membranae nervi longitudinales, numerosissimi. Abdomen marginatum vix hemielytra utrinque excedens. Pedes tenues subaequales. Corpus ovali oblongum. Antennae, abdomen pedesque, nuda. Organa generationis ut in *Syromasto marginate.*

* *Articulus secundus antennarum cylindricus:*

89. **Gon. insidiator** (Fabr.); supra rufo-cinnamomeus, subtus flavescens; angulis pronoti humeralibus in spinam acutam, horizontaliter porrectis. Long. $7\frac{1}{2}$ lin.

Cimex insidiator Fabr. Ent. Syst. IV. 131. 15.

Coreus insidiator Fabr. Syst. Rhyng. 198. 28. Coqueb. Illustr. icon. Dec II. 82. Tab. XIX. fig. 6.

Gonocerus insidiator Amy. et Aud. Serv. Hém. 239. 1.

Insidiator Amy. Ent. Franç. 113. 96.

Habitat in Podolia australi, rarius.

Corpus supra rufo-cinnamomeum, subtus flavescens. Antennae coloris corporis. Antennarum articulus secundus cylindricus tertio multo longior: tertius sursum parum dilatatus; quartus tertio dimidio brevior. Humeri pronoti, parum dilatati in spinam acutam producti. Membrana hemielytrorum flavescens. Pedes aurantiaci, spinis destituti.

90. **Gon. venator** (Fabr.); fusco-cinnamomeus, subtus flavescens, humeris pronoti obtuse spinosis, antennis pedibusque ferrugineis *. Long. $6\frac{1}{2}$ lin.

Cimex venator Fabr. Donov. Brit. ins. XI. Tab. 375 (optima!).

Coreus venator Fabr. Ent. Syst. IV. 194. 12. Wolf. Icon. cim. 21. 21. Tab. III. fig. 21. Schilling Beitr. I. 40. 4. Tab. IV. fig. 4. Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 116. 15. Boit. man. enc. 57.

Coreus chloroticus Leon Duf. Réch. Hém. 35. 2.

Gonocerus venator Burm. Handb. d. Ent. II. 311. 1. Amy. et Aud. Serv. Hém. 239. 2.

Gonocerus Amy. Ent. Franç. 114. 97.

Habitat in Volhyniae et Podoliae quercetis; vernali tempore non rarus.

Similis praecedenti, sed humeris pronoti apice minus prominulis fere obtusis, abdomine latiore, corpore minus oblongo obscure cinnamomeo, antennarumque articulo tertio perspicue prismatico versus apicem non dilatato, diversus.

In magnitudine et colore parum variat.

Corpus supra fusco-cinnamomeum aut fusco-ferrugineum crebre impresso-punctatum. Caput inter antennas obtuse productum, fusco-ferrugineum. Antennarum articulus primus fuscus, incrassatus, pilosus, secundus et tertius ferruginei *apice nigro*, clava fusca. Rostrum flavum apice nigro. Pronotum colore capitis antice devexum, punctatum, humeris porrectis, angulos rectos formantibus, postice vix emarginatis. Scutellum parvum acutum. Corium hemielytrorum fusco-rubrum impresso-punctatum; membrana fuscescens, nervis omnibus divisis. Abdomen in medio pronoto vix latius: margines ejus

parum hemielytra excedentes fusco-maculati; dorsum apud foeminas fuscum v. obscure ferrugineum, basi nigrum, apud mares in medio rufescens. Venter flavescens, immaculatum; anus obtusissimus. Pedes concolores, flavescentes, inermes.

Articulus tertius apud mares omnino cylindricus nec supra prismaticus bene sexum unum ab altero distinguit.

** *Articulus secundus et tertius antennarum clavato-dilatati:*

91. **Gon. Juniperi** (Dahlb.); cinnamomeus, pronoti humeris obtuse spinosis; hemielytris luteo-variis; antennarum articulo secundo et tertio basi purpureis *. Long. $4\frac{1}{2}$ lin.

Gonocerus Juniperi Dahl. Herr. Schaeff. Wanz. IV. 99. Tab. CXLI. fig. 445.

Habitat in Podolia.

Praecedente fere duplo minor, antennis crassioribus capite et humeris pronoti obtusioribus, ab illo diversus. Color insecti cinnamomeus. Corpus supra maculis aliquot nigris aggregatis inspersum. Antennarum articuli secundus tertius et quartus in longitudine decrescentes, clavati, secundus et tertius basi purpurei. Hemielytra basi praesertim ad marginem exteriorem, margo abdominis, venter, pedesque magis flavescentia quam in praecedente.

Nota. Ad hanc sectionem pertinent *Gonocerus triquetricornis* Ramb. (*Triquetricornis* Amy. Ent. Franç. 114. 98) et *Coreus compressicornis* Latr. in Boit. Man. enc. 57, qui inter se specifice non differunt, et a *Gon. Juniperi*, majori magnitudine (circ. 6 lin. longi) recedunt.

Gen. XXI. COREUS Fabr. Syst. Rhyng. 191. 32. Burm. Handb. d. Ent. II. 309. 5.

Char. art. Caput triangulari-oblongum. Antennae piloso-spinulosae: tubercula antennalia in spinam circa basin articuli primi exserta. Pronotum trapezoidale lateraliter denticulatum. Scutellum parvum triangulare. Hemielytra abdomine angustiora brevioraque: membrana paucinervia. Femora posteriora semper sub apice spinis armata. — Corpus pilosum.

Char. nat. Caput triangulari-oblongum, *antice subtrilobum* in *frontem* obtusum medio *apiculatum* productum. Oculi parvi, globosi, prominuli. Ocelli duo in medio occipitis. Antennae longitudine *dimidii corporis* in *sinu tuberculi clypei lateralis apice* in *dentem porrecti insertae,* 4-articulatae. Articulus *primus capite longior, spinis obsessus* crassus, *longitudine secundi,* secundus *tertio longior* aut ejus *longitudinis,* ambo *cylindrici*, *quartus* tertio brevior, incrassato-fusiformis, omnes *pilosi,* spinisque tenuibus obsiti. Rostrum

4-articulatum pedes intermedios attingens. Pronotum trapezoidale, antice latitudine capitis, *lateraliter spinoso-denticulatum*, angulis humeralibus parum prominulis, spinigeris. Scutellum triangulare, parvum. Hemielytra abdomine breviora, corio opaco, membrana paucinervia, nervis longitudinalibus, furcatis hinc inde in areolas conjunctis. Abdomen marginatum marginibus elevatis extra hemielytra prominentibus. Pedes robusti *pilosi*, posteriores parum longiores. Femora *subincrassata, posteriora subtus versus apicem spinis* armata. Corpus oblongum pilosum.

Differentia sexus in segmento abdominis anali, quod apud foeminas valvulis quatuor clausum apud mares apice profunde excisum, angulo excisurae utrinque in dentem elongato, partem mediam subtus convexam multo excedente.

Nota. Species huius generis a sequente, tuto distinguuntur articulo *secundo tertio longiore!* aut saltem nunquam illo breviore!

92. **Cor. hirticornis** (Fabr.): cinnamomeus, pilosissimus, pronoti margine spinis majoribus armato, hemielytris subrugosis *. Long. 5 lin.

Coreus hirticornis Fabr. Ent. syst. IV. 131. 17. Ejusd. Syst. Rhyng. 198. 31. Coqueb. Illustr. Dec. I. 39. Tab. X. fig. 8. Boit. Man. 58. Amy. et Aud. Serv. Hém. 238. 1. Burm. Handb. d. Ent. II. 309. 1.

Coreus Amy. Ent. Franç. 111. 94 (exclusis synonymis: Scopolii Wolfii et Panzeri et Hahni!)

Habitat in dumetis Podoliae australis tempore vernali. Sequenti valde affinis, sed magnitudine paulo majore et nonnullis aliis notis distinctus.

Antennae fere longitudinis dimidii corporis, dens tuberculi antennalis conspicuus; articuli omnes pilosi; primus crassus longitudine capitis, sequentes subaequelongi, rufi, quartus apice acutus, tertio paulo crassior illoque brevior. Corpus pubescens, fusco-rufum aut cinnamomeum supra, flavescens subtus. Pronotum trapezoidale; margo ejus anterior capite vix latior, laterales spinoso-denticulati; anguli humerales parum prominuli spinulosi; margo posterior setulis aliquot spiniformibus ciliatus. Scutellum minutum. Hemielytrorum corium opacum, rugosum, membrana parum longius. Membranae nervi furcati, implexi. Abdomen marginatum. Pedes breves robusti, pilosi. Femora subincrassata, posteriora longiora subtus ad apicem, spinis aliquot majoribus armata.

93. **Cor. pilicornis** (Klug); fusco cinnamomeus; pronoti margine acuto spinoso, spinis pone scutellum minoribus; humeris mucronatis, hemielytris subaequalibus *. Long. 4 lin.

Coreus hirticornis Panz. Faun. germ. 92. 17. (optima!) non Fabr.! Fallen Hem. su. 37. 3. non Fabr.

Coreus denticulatus Schilling Beitr. I. 44. 8. (exclus. syn. Wolfii et Panz. *Cor. scabricorni!*).

Coreus pilicornis Klug! in Mus. berolin. Burm. Handb. d. Ent. II. 309. 2.
Merocoris denticulatus Hahn. Wanz. II. 106. Tab. LXII. fig. 188. (var. colore *griseo*).

Habitat in sylvaticis sabulosis Lithuaniae meridionalis. Non foetet.

Praecedente minor, at sequente paulo major et antennis crassioribus, articulis duobus mediis aequalibus ut et spinis pedum pluribus diversus.

Corpus pilosulum colore vario, modo pulverulento-griseum, modo purpurascenti-griseum, modo fuscescenti-rubrum. Caput scabrum antice pro insertione rostri in angulum parum productum, extra antennas angulatum hinc antice trilobum. Antennae cylindricae hirsutae vel spinulis brevissimis confertim obtectae. Antennarum articuli *fere aequalis longitudinis*, primus vel basilaris crassior et ultimus conicus apice nudiusculo, *fusci*. Pronotum pilosum, scabrum, humeris parum exsertis in summo margine albis spinis brevioribus et in lateribus et in margine postico ad scutellum usque pluribus albis, armatum; hinc quoque anguli pronoti humerales acute spinosi evadunt. Hemielytra brevissime pilosa, scabriuscula in costa versus basin et usque ad elevatiorem abdominis marginem, subtiliter serrata, nervis pallide et obscure variegatis: membrana grisescente. Abdomen pone medium dilatatum, marginibus rufis submaculatis, extra hemielytra elevatis. Corpus subtus flavescens. Pedes scabri, pilosi, femoribus fuscis obscure maculatis, posticis duobus crassioribus, subtus juxta apicem albo-spinulosis. Spinulae imprimis binae, quarum posterior longior, pone hanc spinulae 3 aut 4 sensim breviores. Tibiae pallidae, fusco-maculatae.

Nota. *Coreus affinis* Herr. Schaeff. Wanz. IV. 97. Tab. CXLI. fig. 441. est forma australis supra purpureo-cinnamomea subtus dilute flavescens, cuius articulus primus aliis longior, secundus et tertius primo breviores inter se aequales, et quartus brevior tertio. Tres priores articuli rubri sunt, clava autem fusca apice fulva. Pronoti margines laterales denticulis pluribus armati, in margine autem postico duo tantum albidi.

94. **Cor. scabricornis** (Panzer); pallide flavescens; pronoti angulis humeralibus acute spinosis, lateraliter serrulatis; antennis incrassatis scabris; femoribus posticis dentatis *.

Coreus scabricornis Panz. Faun. germ. 99. 21. (optima!).

Habitat in Volhyniae meridionalis sylvaticis siccis.

Facies et statura *Cor. pilicornis,* sed minor et distinctus.

Caput quadratum, hirtum, scabrum, opacum, pallide fuscum, antice prominens. Oculi protuberantes, fusci. Antennae scabrae, hirtae, fuscae, articulis omnibus *aequilongis* duobus intermediis sordide flavescentibus. Pronotum antice attenuatum, postice dilatatum, ad angulos humerales utrinque in spinam acutam productum, margine laterali serrato-ciliato. Scutellum sordide

flavescens triangulare, acutum, punctatum, pubescens. Hemielytra sordide pallida, lineis elevatis, punctis maculis pallidioribus interstinctis. Abdomen flavescens, margine laterali ampliato, serrato, nigro-punctato. Pedes sordide pallidi, nigro-fuscoque punctati. Femora postica bidentata, altero dente remotiori.

95. **Cor. denticulatus** (Scopoli); fuscus antennarum articulo primo grossius dentato, pronoti margine postico inermi, laterali irregulariter dentato *. Long. 4 lin.

Cimex denticulatus Scopoli Ent. carn. 125. 365. non Wolf. nec Schill. nec Hahn!
Acanthia denticulata Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 359. 1284.
Coreus denticulatus Jllig. in Mus. berolin.! Burm. Handb. d. Ent. II. 309. 3.

Habitat rarius in Volhynia australi.

Simillimus *Coreo pilicorni* Klug.

Supra pilosus, fuscus, rarius fusco-rufus, subtus ferrugineus. Caput sub antennis denticulo utrinque instructum et una cum pronoto et hemielytris punctis confertis prominentibus, scabrum. Antennae villosae, articulo ultimo nigricante, tertio secundo breviore. Pronoti margo lateralis denticulis crebris parvis undique armatus. Abdomen superne rubrum, basi nigrum, macula nigra ad apicem in medio, apice bidentatum. Femora postica spinulis tribus majoribus, nec non 3 v. 4 minoribus decrescentibus inter spinam anticam et genu positis armata.

96. **Cor. Wolfi** * obscure fusco-ruber, subtus flavescens; antennis muricato-pilosis; pronoto antice tribus lineis obscuris parvis notato, margine spinuloso-ciliato, femoribus nigro-fasciatis, tibiis immaculatis *. Long. 4½ lin.

Coreus denticulatus Wolf. Icon. Cim. 71. 68. Tab. VII. fig. 68. a. b. ♂ *junior.* non Schill. nec Scop.

Habitat in sylvaticis siccis Volhyniae australis.

Similis *Coreo pilicorni* et cum illo hucusque confusus.

Caput pilosum, brunneum, fronte apiculata, retro antennas ante oculos, denticulo tuberculi antennalis armatum. Oculi parvi, fusci. Rostrum flavescens apice nigrum. Antennae breves: Articuli pilis numerosissimis, rigidis muricati, tres priores obscure brunnei, quartus tertio, *tertius secundo brevior,* primus et quartus parum aliis crassiores. Pronotum obscure fusco-rubrum, impresso-fusco punctatum; in antica ejus parte tres lineae parvae obscurae, ad margines laterales plures denticuli spiniformes albi quibus pili albidi rigidi interpositi. Anguli humerales vix prominuli, acuti. Scutellum parvum, punctatum coloris corii et pronoti, in medio carinulatum. Hemiely-

trorum basis costae corii, subdenticulata, corium fuscescens, striatum. Abdomen supra rubrum basi nigrum, ad marginem parum prominentem fuscum maculis flavescentibus variegatum. Venter flavescens: ex utroque latere ejus linea undulata, ad marginem maculae fuscae et praeter has ostia spiraculorum punctis excavatis indicata. Anguli annulorum abdominalium prominentes, unde abdomen margine serratum. Anus emarginatus, bidentatus. Pectus in medio cum macula nigra. Pedes *vix pilosi.* Femora fusco-rubra *cum fasciis transversis nigris,* posteriora duo clavata, armata; denticuli femorum tres compressi, medio minore, anteriore majore et inter majorem et genu interjectae minutae spinulae. Tibiae et tarsi *flava, immaculata.*

Nota. *Coreus alternans* Herr. Schff. in Panz. Cont. Faun. germ. 135. 4. ♂ „antennarum articulis 2 et 3 aequalibus, primo perparum, quarto evidentius brevioribus, abdomine dorso rufo, lateribus prominulis flavo-nigroque alternantibus" — mihi ignotus.

97. **Cor. dentator** (Fabr.) fuscus, subtus pallidus; pronoti marginibus lateralibus denticulatis, femoribus intermediis posticisque valide armatis, antennarum articulo quarto tertio breviore *. Long. 4 lin.

Lygaeus dentator Fabr. Ent. syst. IV. 138. 13.
Coreus dentator Fabr. Syst. Rhyng. 198. 30. Ahrens Faun. ins. eur. I. 23 (bona).
Merocoris dentator Hahn. Wanz. II. 107. Tab. LXII. fig. 189 (opt.).
Dentator Amy. Ent. Franç. 112. 95.

Cimex spiniger Perth. MSS. Ins. Lith. et Polon. 173. 1089 [1]).

---

1) „De ce rare insecte je n'ai qu'un seul. Il est brun et de la couleur du précedent „(*Alydi calcarati*) autant soit plus clair, *l'écusson* est *aussi terminé par un point blanc infiniment petit, il est moins grand* que *A. calcaratus.* La forme de la tête est comme au „*A. calcaratus*, mais les *yeux sont petits.* Le corcelet est armé des dents à sa partie latérale, un peu ridé et *avec une tache noire à la partie antérieure* d'abord après l'espèce de „gorge. La partie hyaline des étuis hyalines en particulière est noire très forcée et les étuis „clos se distinguent beaucoup, mais effectivement cette partie est brune à nervures brun-„foncés, la partie parcheminée cependant est plus claire. Sous les étuis l'insecte est noir, „et le bord est marqué des *traits jaunes* à la séparation des anneaux. En dessous il est „*brun-clair comme bronzé* mais de peu de lustre et comme marbré en sorte que vers *la* „*bordure* de l'abdomen il parait plus obscur; la même *marbrure* on voit à la jonction des „anneaux au milieu et selon toute sa largeur sur la poitrine et sous le corcelet cette mar-„brure est plus serrée; de ce côté on voit mieux les crochets et épines qui sont aux côtes „du corcelet. Les pattes ont la même couleur marbré du dessous de l'insecte, cependant „ils paraissent plus foncés. La cuisse postérieure est grossie vers le genou par un renfle-„ment où il y a d'abord une petite épine, ensuite après un intervalle uni plus rémarquable, „de celle-ci la grosseur diminue jusqu'à la jonction avec le tibe ou le génou et depuis le „dit crochet jusqu'au génou la cuisse est encore garnie par de petites épines au nombre „des trois; or toute la cuisse en a cinq. Les tibes sont *blanc jaunâtres,* noires au génou „et au commencement des tarses et *un anneau* au milieu. Les antennes offrent encore une „particularité, ils sont *grosses* et de la moitié de la longueur de l'insecte. La première ar-„ticulation très-grêle offre 5 épines à la partie extérieure, les autres sont très raboteux en „apparence, mais le quatrième anneau est ici plus court de la moitié des antérieurs."

Habitat in sylvis siccis Volhyniae inter *Genistam* et *Spartium*; circa Varsaviam (Perthes). Odorem gratum spirat.

Corpus pilosum, nigricans, vel obscure purpurascenti-fuscum. Caput antice subtrilobum, clypei medio inter antennas vix porrecto. In pronoto antico ante occiput macula obscura oblonga, nigra. Corpus supra nigropunctatum. Antennae totae concolores, coloris corporis. In articulo primo circiter septem dentes, *secundus* singulo reliquorum, *longior*. Latera pronoti denticulis *reversis* armata. Apex scutelli cum *callo albo* minuto. Margo *abdominis* fusco et *pallide flavo* variegatus. Tibiae omnes pallidae, annulis duobus in extremo apice et uno in medio, nigris. Femora *intermedia* subtus versus apicem *duobus dentibus* armata, posteriora clavata cum 4 v. 5 denticulis minoribus et *uno majore, obliquo*, compresso. — Margo posterior pronoti in hac specie aeque ac in *Cor. denticulato* Scop. spinulis dentibusque caret.

Nota 1°. Perthesianum insectum hic pertinere nec ad *Coreum denticulatum* Wolfii (C. Wolfi nostrum), luculenter probat ejus descriptio ad unguem figurae Hahnii quadrans. In *Coreo Wolfi* praeter alium colorem insecti alia est pictura in pronoto, femora sunt nigro-fasciata et tibiae concolores. — Femora *intermedia* armata insignem et diversissimam ab aliis hanc speciem reddunt, quae forsan uni sexu propria, adeoque ex uno specimine a Perthesio praetervisa.

2°. *Coreus gracilicornis* Herr. Schaeff. (in Panz. Faun. germ. cont. 135. 5. ♀, et Wanz. VI. 59. Tab. CXCIX. fig. 620 ♂, *Pseudophlaeus gracilicornis* id. Wanz. VI. 5. Tab. CLXXXII. Fig. E (antenna), *Cacosmus* et *Chalacus* Amy. Ent. Franç. 115. 99 et 100), magnitudine *Cor. denticulati*, antennis gracilibus, a *C. denticulato* Sc. non multum differt.

Sectio Posterior. RHOPALIDES Amyot et Aud. Serv. Hém. 243.

Char. sect. Articulus primus antennarum, capite brevior, incrassatus.

Gen. XXII. PSEUDOPHLOEUS Burm. Handb. d. Ent. II. 308. 4.

Arenocoris Hahn. Wanz. II. 109.

Char. art. Caput dilatatum subquadrangulare. Antennarum articulus primus brevis, *tertius* secundo duplo v. triplo longior. Pronotum subdevexum marginatum. Hemielytrorum membranae nervi cancellati. Corpus saepissime parvum, granulatum, sparse pilosulum, abdomine postice latiore.

Char. nat. Caput *robustum*, dilatatum, inter antennas in frontem obtusum porrectum, propter tubercula antennalia longe antice extensa, *subquadrangulare*. Oculi parvi, globosi, prominuli. Ocelli duo magni oculis approximati. Antennae longitudine dimidii corporis in sinu tuberculi clypei lateralis apice in dentem elevati, insertae, 4-articulatae. Articulus *primus*

antennarum, *abbreviatus, incrassatus, granulatus* (rarius tuberculis spinaeformibus v. pilis obsitus) secundus ejusdem ac primus longitudinis, vel parum brevior sed tenuior; *tertius elongatus* secundo *duplo, triplo* aut *quadruplo* longior *apud foeminas saepius dilatatus sub apice,* quartus dimidii tertii longitudinis v. brevior, valde incrassatus, fusiformis, apice acutus, aut ovalis. Rostrum compressum, sulco pectorali adpressum, basin abdominis attingens. Pronotum granulatum, trapezoidale, antice parum devexum, lateraliter *marginatum.* Scutellum triangulare, parvum. Hemielytrorum membrana infuscata areolis nervorum irregulariter cancellata. Pedes breves, tenues, pubescentes. Femora granulata non incrassata aut parum incrassata, posteriora saepe subtus versus apicem, una alterave spinula armatae, quae facile disparent. Corpus minoris magnitudinis postice latius, hinc quasi obovatum, superficie rugosa, granulata, pilis sparsis obsita aut omnino nuda, saepissime sordibus obtectum.

Omnes hujus generis species, tuto a praecedentium longitudine articuli tertii antennarum insigni, distinguuntur. Plures capitis forma, pronoto lateribus denticulatis et abdomine postice latiore rotundato, *Aradibus* similes sunt. — A Corizis discrepant corpore rugoso-granulato, saepissime nudo, femoribus minus incrassatis, *antennarumque articuli tertii ad secundum insigni longitudine.* — Habitant ad terram, plantas rarius ascendunt.

Conspectus specierum hujus generis:

I. Articulus *tertius* antennarum *secundo* duplo v. triplo longior:

a. Clava antennarum, articulo *tertio* brevior:

* Articulus *tertius* in utroque sexu cylindricus non dilatatus:

Ps. nubilus Fall. n. 99.
Ps. Falleni Schill. n. 100.
Ps. Dalmani Schill. n. 102.
Ps. Genei Spinol. n. 107.

** Articulus *tertius* sursum sub apice incrassatus v. apud foeminas compresso-dilatatus:

Ps. spinipes Fall. n. 98.
Ps. Waltlii Herr. Schff. n. 101.
Ps. lobatus Herr. Schff. n. 103.
Ps. laticornis Schill. n. 106.

b. Clava antennarum articulo tertio longior:

Ps. typhaecornis Fabr. n. 104.

II. Antennarum articulus tertius, secundo non longior clava maxima longitudine articuli tertii:

Ps. obscurus Germ. n. 105.

98. **Ps. spinipes** * (Fallen); griseo-brunneus supra punctulatus; pronoti lateribus summis elevatis albis, femoribus posticis apice unispinosis, antennis excepta clava rubris, foeminae articulo tertio apice sagittato-dilatato *. Long. 4 lin.

Acanthia serrata Rossi Faun. etrusc. ed. Jllig. II. 358. 1283!! non Fabricii.

Coreus spinipes Fallen. Cim. su. 57. 3. Ejusd. Hem. su. 38. 3. Schilling Beitr. I. 43. 7. Tab. I. fig. 3.

Coreus spinipes; fusco-ferrugineus, antennis rubris articulo secundo tertio breviori, quarto crassiori fusco; pronoti lateribus crenulatis et scutelli apice albis Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 127. 8. (bona).

Arenocoris spinipes Hahn. Wanz. II. 110. Tab. LXIII. fig. 190. (bona).

Coreus brunneicornis Dallm. in Mus. berolin!

Habitat in sylvis Volhyniae et Lithuaniae meridionalis, rarius.

Similis *Coreo denticulato* (n. 95), quo vix latior, sed antennis brevioribus, longitudinis articuli secundi ad tertium proportione, corpore pilis destituto minus expresse punctato, aliisque notis ex descriptione comparandis, facile distinguitur.

Corpus supra saepissime fusco-cinereo ferrugineum, vel fusco-ferrugineum aut griseo-ferrugineum. Caput inter antennas obtuse productum, extus ad illarum insertionem dente utrinque armatum. Antennarum *tres* priores articuli *rubri* aut *obscure ferruginei,* clava oblonga, nigra; interdum primus et clava obscure ferruginei, secundus et tertius rufi. Articulus secundus tertio semper duplo saltem brevior; *tertius* apud mares *cylindricus,* apud foeminas *pennae sagittalis* adinstar *dilatatus.* Pronotum impresso-punctatum, postice latius, *omnino inerme, margine* summo *granulato,* breviter elevato s. prominulo, *albo;* anguli humerales *obtusi* parum supra basin abdominis exserti. Scutellum apice, *acuto, albo.* Hemielytra abdomine paulo angustiora, elevato-nervosa et antice imprimis elevato-punctata. Membrana grisea, multinervia, nervis cellulas numerosas formantibus albo interruptis. Pedes concolores. Femora posteriora prope apicem *unidentata,* aliis *denticulis* ad tubercula reductis. Tibiae submuticae.

Nota. *Pseud. laticornis* Schilling. ex similitudine hic spectans, infra quaerendus (Conf. n. 106).

99. **Pseud. nubilus** * (Fallen); cinereo-opacus, glaberrimus; pronoti lateribus antice elevatis albis; hemielytrorum nervis elevatis; antennarum clava seminigra *. Long. circ. 3 lin.

Coreus nubilus Fall. Cim. su. 58. 4. Ejusd. Hem. su. 39. 4. Schilling. Beitr. I. 47. 10. Tab. IV. fig. 5. Germar Faun. ins. eur. VI. 22. (bona).

Arenocorus nubilus Hahn. Wanz. II. 111. Tab. LXIII. fig. 191.

Habitat rarissime in fruticetis montosis Lithuaniae mediae.

Corpus cinereo-fuscum, minime nitidum nec pilosum, subtus fusco-ferrugineum, nudum. Caput triangulare, fusco-griseum, ad latera tuberculo instructum; frons porrecta, mutica, acumine obtuso. Antennarum articulus primus *crassus*, *cylindricus fuscus* et clava ovalis *nigra apice albido*, secundus brevis et tertius *elongatus*, *ferruginei*. Pronotum transversum, antice duplo angustius, marginibus lateralibus, *tantum antice acutiuscule elevatis*, *albis*; anguli humerales *truncati!* Hemielytra grisea, corio nervis duobus validis; membrana nervis crebris, nigris, albo interruptis, notata. Abdomen supra fuscum, margine elevato infuscato. Pedes *inermes* cinereo-fusci, femorum posticorum apice vix spinuloso.

100. **Ps. Falleni** (Schilling); livido-cinereus, fusco-punctatus; pronoto callis duobus margaritaceis notato; femoribus granulosis inermibus. Long. 3—3½ lin.

Coreus Fallenii Schilling. Beitr. I. 46. 9. Tab. I. fig. 2.
Atractus lituratus Curtis Brit. Entom. X. Tab. 500. (1834).
Arenocoris Fallenii Hahn. Wanz. II. 112. Tab. LXIV. fig. 192.
Pseudophloeus Fallenii Burm. Handb. d. Ent. II. 308. 1. Herr. Schaeff. Wanz. VI. 4. Tab. CLXXXII. fig. C. (*antenna*). Amy. et Aud. Serv. Hém. 247. 1.
Pseudophloeus Amy. Ent. Franç. 121. 106.

Habitat in sylvis siccis Lithuaniae meridionalis et Volhyniae, ad terram inter *Genistam tinctoriam*, non rarus.

Corpus griseo-lividum, nigro-maculatum, subtus punctatum aeque ac pedes, flavo rubro albido et fusco inspersum. Articulus primus antennarum tuberculis elevatis spinaeformibus, exasperatus, aeque ac caput supra. — Pronotum supra valde rugosum postice elevatum: callis gibberosis granulatis margaritaceis, ad margines laterales profunde sinuato-denticulatum. Corium hemielytrorum ante apicem puncto albido obsoleto notatum; nervi hemielytrorum corii nigro-punctati. Membrana albida nervis punctis sparsis fuscis irroratis. Femora tuberculato-granulata, posteriora subtus versus apicem, spinula interdum evanescente, armata.

101. **Ps. Waltli** (Herr. Schff.); fuscus, pilosulus; pronoti lateribus antice spinulosis postice sublobulatis; scutello apice bicalloso; antennarum articulo tertio secundum et clavam ter superante*.

Coreus Waltlii Herr. Schaeff. in Panz. Faun. germ. cont. 127. 6. (opt.).
Pseudophloeus Waltlii Herr. Schaeff. Wanz. VI. 4. Tab. CLXXXII. fig. D. (*antenna*).

Habitat in Podolia australi rarius.

Corpus saepissime sordibus obtectum, fusco-griseum, pilosulum. Caput, pronotum et scutellum denticulis nigris ut plurimum obtusiusculis, armata.

Articuli intermedii antennarum *fusco-flavi*. tertii *apex obscurus:* primus basi attenuatus, secundus et quartus aequilongi, tertius *apice crassior* secundo *triplo longior:* clava crassa longitudine articuli secundi. Pronotum ad angulos anteriores utrinque dente acuto armatum, ad humerales processu lobulato auctum. In apice scutelli calli duo. Membrana hemielytrorum inter nervos etiam *albo-maculata*. Abdomen utrinque stria longitudinali alba. Femora posteriora sub apice uno denticulo armata. Tibiae ferrugineo-fuscae, posticae versus basin *annulo albo* cinctae.

Species praecedenti affinis; sed *Pseud. Falleni: a.* color corporis dilutior; *b.* capitis denticuli reversi; *c.* tertius antennarum articulus secundo tantum longior sed non triplo longior, apice non dilatatus; *d.* margo pronoti lateralis obsolete excisus, exinde humeri non adeo porrecti; *e.* dorsum pronoti cum duobus callis valde divergentibus, verruculosis, *albis; f.* scutelli carinula longitudinalis, jugata; *g.* hemielytrorum corii nervi magis prominentes; *h.* margines abdominis magis elevati et *i.* femora parum incrassata denticulataque.

102. **Pseud. Dalmani** * (Schilling); obscure cinnamomeus; pronoto subaequali, sursum albo marginato; femoribus omnibus dente acuto armatis; antennis sublaevibus, articulo ultimo crasso nigro *. Long. $2\frac{1}{2}$—3 lin.

Coreus Dalmanii Schilling Beitr. I. 41. 5. Tab. I. fig. 1.
Arenocoris Dahlmannii Hahn Wanz. II. 112. Tab. LXIV. fig. 193.
Pseudophloeus Dallmanni Burm. Handb. d. Ent. II. 308. 2. Herr. Schaeff. Wanz VI. 4. Tab. CLXXXII. fig. A. (*antenna*). Amy. et Aud. Serv. Hém. 247. 2.
Dahlmannius Amy. Ent. Franç. 122. 108.

Habitat rarissime in ericetis Lithuaniae meridionalis et Volhyniae autumno.

Fusco-cinnamomeus, parum rugosus. Antennarum articulus primus obsolete granulatus, secundus totus, tertius late basi ferrugineus apice niger, clava nigra. — Margines laterales pronoti vix sinuati sed non spinosi, late albi. Femora omnia granulata, posteriora subtus versus apicem, dente acuto robustiore armata. Tibiae fusco annulatae.

103. **Pseud. lobatus** (Herr. Schff.); griseus; pronoto phialaeformi subtricarinato; angulis humeralibus obtusissimis; femoribus muticis; antennarum articulo tertio longissimo apice summo incrassato *. Long. 3 lin.

Pseudophloeus lobatus Herr. Schaeff. Wanz. VI. 6. Tab. CLXXXII. fig. 561.
Pseudophloeus syrtiformis Mus. berolin!

Habitat in Podolia australi.

Ex parte *Ps. Dalmani* similis, sed longior, angustior conformatione pro-

noti et antennarum ab illo distinctissimus. Color totius insecti magis *griseus* quam cinnamomeus. Pronotum phialaeforme, dorso linea media carinata, lateralibusque instructum, angulis latissime rotundatis sensim in latera abeuntibus, tenue albo marginatis, hinc pronotum antice angustius postice ad humeros rotundatos latius. Antennarum articulus primus prismaticus triqueter, secundo paulo brevior, tertius secundo multo longior, apice summo incrassatus, *niger;* clava brevis, ovalis *nigra.*

104. **Ps. typhaecornis** (Fabr.); obscure fuscus; pronoti margine postico bidentato; pedibus fulvis: tibiis annulis tribus fuscis; antennarum articulis intermediis fulvis, tertio secundo duplo longiore; clava crassa articulum tertium in longitudine et in crassitie, superante*. Long. 3 lin.

Lygaeus clavicornis Fabr. Ent. Syst. IV. 168. 117. [1])
Coraeus clavicornis Fabr. Syst. Rhyng. 201. 48. [1]) Boit. man. enc. 58.
Coraeus typhaecornis Fabr. Herr. Schaeff. in Panz. Faun. germ. cont. 127. 7. ♂ (*tibiae male coloratae*).

Habitat in Volhynia, rarius.

Color corporis obscure, saepius pallide flavo-fuscus, in capite, pronoto et femoribus frequenter nigro admixto. Caput, pronotum et scutellum, partim albidis, partim nigris denticulis armata. Antennarum articuli duo intermedii aurantiaci, clava fusca conico-cylindrica non raro utrisque articulis intermediis, aut saltem tertio longior et duplo illo crassior. Margines pronoti laterales *deflexi,* albi cum dente principali nigro, posterior dentibus duobus albis armatus. Hemielytrorum costa et nervi, nigro-maculata. Margo abdominis nigro fulvoque variegatus. Femora posteriora ad ipsam extremitatem subtus serie denticulorum armata, quorum exterior longior, sequentium primus albus. Tibiae basi, in medio et apice annulo fusco cinctae, in posticis obliteratis.

105. **Ps. obscurus** (Germar); fusco-ferrugineus; pronoti lateribus denticulatis margine postico bidentato clavaque antennarum, maxima, nigris*. Long. $3\frac{1}{2}$ lin.

Aradus obscurus Germar Faun. ins. eur. 22. 11. (bona).
Pseudophloeus obscurus Herr. Schff. Wanz. VI. 5. Tab. CLXXXI. fig. 560.
Thamarucus Amy. Ent. Franç. 122. 107.

Habitat in Podolia australi.

Similis *Ps. typhaecorni* sed: *a.* parum major et superne subpilosulus; *b.* antennae brevius pilosae, articulo *tertio secundo non longiore. c.* color

---

1) Nomen Fabricianum utrumque erroneum, in *typhaecorne* corrigendum! (*Conf.* Burm. Handb. d. Ent. II. 308 in nota).

totius insecti, magis aequaliter purpureo-brunneus, tantum ultimus antennarum articulus et margo posticus pronoti, nigra; *d.* anguli pronoti multis obtusis denticulis armati; *e.* scutellum dilutius rubrum; *f.* nervi hemielytrorum parum prominuli nonnulli furcatim divisi; *g.* spinae femorum posteriorum breviores. — Caeterum antennarum articulus primus parum incrassatus, secundus minimus cylindricus, tertius et quartus aequilongi, articuli intermedii rufo-rubri. — clava magna, crassa, nigra.

106. **Ps. laticornis** (Schilling); fusco cinereo-ferrugineus, postice dilatatus; pronoto pedibusque inermibus, antennarum articulo tertio apice nigro apud foeminam compresso dilatato, clava ovali angustiore, nigra*. Long. 4 lin.

Coreus laticornis Schill. Beitr. I. 42. 6. Tab. II. fig. 2. Herr. Schff. in Panz. cont. Faun. ger. 135. 3.
Atractus cinereus Laporte Hemipt. 46. ♂. Amyot et Aud. Serv. Hém. 210. 1. Planche 4. fig. 1. ♀.
Pseudophloeus laticornis Herr. Schaeff. Wanz. VI. 3. Tab. CLXXXII. fig. B. (*antenna*).
Atractacrus Amy. Ent. Franç. 99. 81.

Habitat in Volhynia et Lithuania meridionali rarius.

E minoribus est. Structura antennarum *Ps. spinipedi* similis sed certe distinctus.

Corpus fusco-cinereo ferrugineum (in vetustissimis speciminibus testaceum), subdeplanatum, supra rugulosum; *color omnium partium uniformis.* Caput breve quadratum cum tuberculis antenniferis ex utroque latere (uti in Syromasti) in *spinas breves solutis.* Antennae sat breves; articulus primus incrassatus, brevis, secundus tenuis tertio brevior; *tertius* cylindricus apud foeminas *pennae sagittalis* ad instar dilatatus; quartus clavatus. Pronotum trapezoidale, angulis humeralibus vix prominulis. Membranae hemielytrorum cellulae plures irregulares. Abdomen ovale postice rotundatum, marginibus planis hemielytra excedentibus. Pedes breves tenues, in longitudine et crassitie conformes.

107. **Ps. Genei** (Spinol.); fuscus, rufo maculatus; pronoti lateribus spinulosis; femoribus posticis apice pectinato-dentatis; antennis nigris medio rufis: articulo tertio sexies annulato*. Long. $3\frac{1}{2}$ lin.

Atractus Genei Spinol. Essai sur les genr. d'Hém. 213.
Pseudophloeus Genei Germ. Faun. ins. eur. XXIV. 18 (*bona sed char. femor.* et *ant. art. prim. non expressi!*)
Geneonymus Amy. Ent. Franç. 100. 82.

Habitat in Podolia australi.

Caput oblongo-quadratum, fuscum, obtusum propter tubercula antennalia

apice acuta, breviuscula subtrilobum. Antennae dimidio corporis parum longiores. Articulus primus antennarum incrassatus, ovalis exasperatus, griseo-niger; secundus angustus, rufus, primo duplo brevior; tertius elongatus secundo triplo longior, rufus apice nigricante, impressionibus transversis pilis setiformibus verticillatim obsitis, in sex articulos quasi divisus; clava incrassata, nigra, in mare elongata, in foemina brevior. Pronotum breve trapezoidale, fuscum, nigro-irroratum ad humeros spinosum; margines ejus laterales spinulosi: spinulis acutis elongatis, pallidis, apice reclinatis; posterior truncatus, dente utrinque truncaturam terminante pallido. Scutellum triangulare, fuscum, griseo-nigrove irroratum. Hemielytra fusca, corii nervis costatis, nigro-punctatis. Membrana fusco-hyalina, nervis longitudinalibus basi anastomosi obliqua conjunctis. Venter fuscus nigro-irroratus. Pedes testacei. Femora nigro irrorata, exasperata, postica subtus apicem versus tuberculo pectinato-spinoso, armata.

Gen. XXIII. CORIZUS Fallen Hem. su. 40. Burm. Handb. d. Ent. II. 306. 2.

Char. art. Caput triangulare, retro oculos contractum. Antennae pilosulae: articulo secundo et tertio aequilongis. Pronotum planiusculum trapezoidale, integerrimum. Scutellum triangulare sub apice fossulis duabus exsculptum. Hemielytra (*Tegmina*) abdomen obtegentia membranacea, pellucida sensim in membranam multinerviam abeuntia. Corpus pubescens aut pilosum.

Char. nat. Caput triangulare, in frontem brevem obtusum porrectum, postice retro oculos contractum, pronoto antico latius. Oculi globosi, protuberantes. Ocelli duo maximi, oculis approximati. Antennae $\frac{2}{3}$ longitudinis totius corporis. Articulus primus antennarum crassus ovalis brevissimus vix apicem capitis excedens, quartus cylindrico subclavatus, longitudine tertii, secundus et tertius inter se aequales, tenuiores. Rostrum basin abdominis attingens. Pronotum planum, trapezoidale; margo ejus anterior *elevatus postice impressione transversa notatus,* anguli humerales non prominuli. Scutellum triangulare, apice parum elevatum ibique fossulis duabus exsculptum. Hemielytra (Tegmina) plus vel minus *membranacea, pellucida, apice* oblique truncata: areolis distinctis ex reti prominente instructa, in nonnullis, ad dimidium coriacea. Membrana hemielytrorum tenuissima, multi-nervosa, 8—10 —25 nervia, nervi longitudinales ex parte ramosi. — Abdomen oblongum, parum elongatum postice latius, margine depresso, medio inflexo. Pedes tenues, normales, inermes, tibiis tarsisque setulis patentibus obsitis. Femora *praesertim* posteriora medio incrassata. Ungues et pulvilli magni. — Corpus

pilosum, pilis subtus patentibus. — Hospitant in variis plantis, praecipue aestate, odorem non ingratum spirant. Motus celer, incessus abruptus.

Subdivisio Prima. Membrana hemielytrorum infuscata, circiter 15—25 nervia. Antennarum articulus primus brevissimus, apicem clypei non attingens, quartus longior reliquis. Pronotum trapezoidale. Corpus rubro-nigroque variegatum: *Therapha* Amy. et Aud. Serv. Hém. 244. 205.

108. **C. Hyoscyami** (Linn.); sanguineus, nigro-punctatus; pronoti margine antico toto, postico maculis duabus, hemielytrorum clavo et fascia interrupta; pedibus, antennisque nigris *. Long. 5 lin.

Cimex Hyoscyami Linn. Faun. suec. 945. De Geer Mém. III. 274. 18. Tab. XIV. fig. 14—16. Schaeff. ins. rat. Tab. XIII. fig. 11. Sulzer's Hist. ins. Tab. XI. fig. 75. Villers Ent. Linn. 512. 110. Rossi Faun. etr. ed. Jllig. II. 382. 1321.

Lygaeus Hyoscyami Fabr. Ent. Syst. IV. 149. 47. Ejusd. Syst. Rhyng. 218. 63. Panz. Faun. germ. 79. 21. Wolf. Icon. Cim. 27. 27. Tab. III. fig. 27. Latreill. Gen. cr. et ins. III. 122. Boit. man. enc. 59.

Coreus Hyoscyami Fall. Cim. su. 61. 9.

Alydus Hyoscyami Schilling. Beitr. I. 49. 2. Tab. V. fig. 5.

Corizus Hyoscyami Fall. Hem. su. 44. 6. Curtis Brit. Ent. IX. (1833) Tab. 481a. Hahn. Wanz. I. 18. Tab. III. fig. 10. Burm. Handb. d. Entom. II. 306. 1.

Therapha Hyoscyami Amy. et Aud. Serv. Hém. 245. 1.

Therapha Amy. Ent. Franç. 118. 103.

Habitat in *Hyoscyamo nigro,* frequentius in meridionali quam in boreali Lithuania. Larvae et imagines succum e glandulis viscosis hujus plantae stillantem, in deliciis habent, odore tamen ingrato carent, potius aromaticum uti alii *Corizi.* Foemina ova oblonga rubra modo inter lapides ponit, modo foliis adglutinat. Larvae difformes antennis longioribus incrassatis, pedibus villosis et rostro valido, instructae sunt.

Sexus uterque similis. Corpus pubescens. Caput nigrum in medio vertice rubrum. Antennae nigrae, articulo primo crasso-brevi, ultimo cylindrico-ovali. Pronotum rubrum margine anteriore nigro, maculisque duabus nigris ad marginem posteriorem: linea collaris elevata nigra. Scutellum nigrum apice rubrum. Hemielytra rubra, macula in medio margineque interno nigris; membrana obscura attamen pellucens, nervis longitudinalibus, valde approximatis, numerosis circiter 20—25. Pectus et venter rubra, singulo segmento ventrali maculis tribus, una in medio et duabus lateralibus interdum linea nigra suum conjunctis. Anus niger. Pedes nigri, pubescentes. — Variat rarissime: pedibus rubro maculatis.

109. **Cor. Roeseli** * (Schilling); niger: margine pronoti, pectoris, hemielytrorumque corii apice late, rubris; ventre rubro, ante marginem nigro-maculato *. Long. $3\frac{1}{2}$ lin.

Lygaeus Roeselii Schilling Beitr. I. 59. 4. Tab. III. fig. 2. Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 127. 10 (bona).

Habitat in Volhynia.

Magnam similitudinem cum praecedente habet, sed multo minor.

Pronotum glaberrimum, late rubro-marginatum; in parte ejus postica quatuor foveolae, interjecta linea carinulata. Corium hemielytrorum sanguineum, margine apicali late rubro, in area macula semilunaris nigra marginem costalem non attingens et utrinque attenuata. Membrana obscure fusca. Reliqui characteres praecedentis.

Subdivisio Secunda. Membrana hemielytrorum pellucida, nervis paucis 8—10, infuscatis. Antennarum articulus primus cum apice capitis fastigiatus, 2, 3 et 4, aequilongi. Pronotum oblongo-trapezoidale. Corpus oblongum, flavescenti rubroque variegatum: *Myrmus* Hahn. Wanz. III. 1. *Maccevetus* Amy. Ent. Fr. 119.

110. **Cor. errans** (Fabr.); elongato-ovatus, griseo-flavescens (♂) aut obscure rufus (♀); corpore subtus et in toto margine, apice scutelli, lineisque duabus dorsalibus abdominis flavescentibus; antennis nigris medio rufis *. Long. 5 lin.

Lygaeus errans Fabr. Ent. syst. IV. 152. 59. Coqueb. ill. icon. Dec. I. 40. Tab. X. fig. 11.
Coreus errans Fabr. Syst. Rhyng. 200. 43. Boit. man. enc. 58.
Myrmus? errans Hahn. Wanz. III. 1. Tab. LXXIII. fig. 226. ♀. (optima).
Corizus errans Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 127. 1. (bona). Wanz. VI. 2. (in analys. gen.).
Maccevethus Amy. Ent. Franç. 119. 104.

Habitat in Podolia media et australi.

Facie similis *Chorosomati miriformi* (n. 82) et sequenti *Corizo crassicorni*, sed propter fabricam segmenti analis apud mares apice vix emarginati, omnino hujus generis!

Sexus inter se parum dissimilis; mas scilicet pallide aut griseo (post mortem) flavescens, abdomine a basi versus apicem angustato; *foemina* ferruginea aut obscure rufa, abdomine pone medium dilatato.

Corpus oblongum, in sexu sequiori elongato-ovatum, supra parum nitidum, crebre sed non profunde impresso nigro-punctatum. Caput rufum flavo-marginatum. Antennae rarius concolores rufae aut nigrae totae; *saepius* medio rufae utrinque nigrae aut rufae sola clava nigra cum basi rufa, aut cum articulo tertio toto et basi apiceque clavae rufis; interdum apex extremus secundi articuli rufescit. Pronotum rufum, margine glabro flavo; in medio pronoti linea glabra nitida per scutellum continuata, coloris pallidi. Scutellum rufum pallide marginatum, apice prominente, flavescente. Hemie-

lytra fuscescentia, cum nervis purpurascentibus nigro-punctatis. Membrana alba immaculata. Abdomen flavo-marginatum, supra nigrum cum puncto in medio duabusque striis ante anum, flavis. Venter pectusque pallide flavo-viridescentia, interdum ferruginea.

Nota. Color ferrugineus partium, saepe rufus, fulvus aut lateritius evadit.

Subdivisio Tertia. Membrana hemielytrorum translucens, nervis circiter 8—10. Corpus pilosum non variegatum: *Rhopalus* Schilling. Amy. et Aud. Serv. Hém. 245. 206.

111. **Cor. crassicornis** (Linn.); griseo-virescens subpilosus; scutelli apice rotundato; hemielytrorum nervis elevatis; abdomine margine nigro-maculato *. Long. $3\frac{1}{4}$ lin.

Cimex crassicornis Linn. Faun. su. 952. Villers Ent. Linn. 518. 123. Schaeff. ins. rat. Tab. XIII. fig. 10.

Lygaeus crassicornis Fabr. Ent. syst. IV. 168. 114. Wolf. Icon. Cim. 145. 140. Tab. XIV. fig. 140. a. b.

Coreus crassicornis Fabr. Syst. Rhyng. 201. 46. Panz. Faun. germ. 92. 18 (opt.). Fall. Cim. su. 58. 5. Boit. Man. 58.

Rhopalus crassicornis Schilling Beitr. I. 50. 1. Tab. VI. fig. 2. Hahn Wanz. III. 2. Tab. LXXIII. fig. 227. Herr. Schff. Wanz. VI. Tab. CLXXXI. fig. A. B. (*abdomen*).

Corizus crassicornis Fall. Hem. su. 41. 1. Zetterst. ins. lapp. 261. 1. Burm. Handb. d. Ent. II. 306. 4.

Rhopalus Amy. Ent. Franç. 120. 105 (exclusis plur. synonymiis!!)

Habitat per totam Lithuaniam in variis plantis, a primo vere usque ad serum autumnum.

Sexus uterque similiter coloratus. Corpus exsiccati griseo-ferrugineum s. virescens, subpilosum, supra impresso-nigro-punctatum. Antennae concolores flavo-ferrugineae. Pronotum immarginatum, antice ruga transversa elevata et lineola media glabra instructum. Scutellum triangulare, apice rotundato, concolore. Hemielytra membranacea, nervis validis ferrugineis nigro-punctatis. Membrana et alae albidae. Abdomen supra nigrum, margine nigro pallideque maculatum, maculis saepius distinctis, subtus griseo-virescens. Pedes simplices, pilosi, nigro-punctati.

Specimina diu in collectionibus conservata plerumque subtestacea evadunt.

Nota. Wolf jam adnotavit, speciem hanc in colore et magnitudine facile variabilem in *Coriz. capitatum* abire. — Cl. *Amyot* omnes sequentes speciem in unam combinavit.

112. **Cor. tigrinus** (Schilling); sparse longe pilosus, flavescens; occipite nigro medio v. flavo inscripto; pronoto, hemielytris pedibusque nigro maculatis; scutello flavo basi utrinque macula magna nigra *. Long. $2\frac{1}{4}$ lin.

Rhopalus tigrinus Schilling. Beitr. I. 5. Tab. II. fig. 1.
Corizus tigrinus Hahn. Wanz. III. 5. Tab. LXXIV. fig. 230.

Habitat in Volhynia.

Affinis praecedenti, sed minor et magis tener. Corpus flavescens, parce longe pilosum. Caput brevius sed latius quam in *Corizo crassicorni*; occiput nigricans cum ocellis nitidis; in vertice puncta tria flava aut eorum loco macula flava v-formis. Antennarum articuli tres priores atomis fuscis inspersi. Pronotum antice cum ruga transversa nigra medio interrupta; in disco pronoti posteriora versus saepe puncta nigra, transversim biserialia. Scutelli margines elevati, apex rotundatus, ad basin maculae duae nigrae. Hemielytrorum nervi punctis majoribus nigris notati. Abdomen supra nigrum; posteriora versus maculae quatuor flavae in quadrangulum dispositae, extima saepe lunari. Margo abdominis flavo-nigroque variegatus.

113. **Cor. capitatus** (Fabr.); pilosus, ferrugineo-griseus; scutelli apice albo subemarginato; hemielytrorum nervis elevatis; abdomine margine nigro-maculato *. Long. 3 lin.

Cimex nervosus Scopol. Ent. carn. 129. 373. Villers Ent. Linn. 525. 164!
Lygaeus capitatus Fabr. Ent. syst. IV. 169. 118. Wolf Icon. Cim. 75. 72. Tab. VIII. fig. 72. a. b.
Coreus capitatus Fabr. Syst. Rhyng. 201. 49. Panz. Faun. germ. 92. 19 (bona!). Fall Cim. su. 59. 2. Boit. man. enc. 58.
Rhopalus capitatus Schilling. Beitr. I. 51. 2. Amy. et Aud. Serv. Hém. 246. 1.
Corizus capitatus Fallen Hem. su. 42. 2. Zetterst. ins. lapp. 261. 1. Hahn. Wanz. III. 3. Tab. LXXIV. fig. 228. Herr. Schaeff. in Panz. Cont. Faun. germ. 135. 20. ♀ (bona).

Habitat frequenter per totam Lithuaniam in *Peucedano Oreoselino* et *Asclepiade Vincetoxico* aestate.

Magnitudo et facies *Heterogastri Urticae*. *Corizo crassicorni* et *Corizo pratensi* pilositate et punctatura multum convenit, sed in colore et in aliis characteribus differt; cum illo praesertim in eadem societate at semper minus frequenter habitat, et praeter alias notas, colore praevalente apud foeminas subpurpureo aut rufo, discriminatur.

Sexus uterque similis. Corpus exsiccati supra rufescens, impresso fusco-punctatum, pilosum, subtus ferrugineo-virescens v. griseum. Antennae corporis colore, pilosae. Apex scutelli albus subbifidus aut subemarginatus. Hemielytra basi pallida, membranacea, nervis elevatis nigro-punctatis, postice rufa. Membrana et alae albidae, immaculatae. Abdomen supra nigrum, postice pone maculam oblongam, duabus lunulis transversis pallidis, notatum. Margo abdominis pallide nigroque maculatus. Pedes pilosi nigro-punctati.

Nota. *Rhopalus rufus* Schill. Beitr. I. 52. 3 hujus varietas est.

114. **Cor. pratensis** (Fallen); pilosus, ferrugineo-virescens; scutelli apice concolore subacuto; hemielytrorum nervis elevatis, abdomine margine immaculato *. Long. $2\frac{3}{4}$ lin.

Coreus magnicornis Fall. Cim. su. 59. 7. non Fabr.

Lygaeus flavicollis Schellenb. Wanz. 12. Tab. II. fig. 3 (sub falso nomine Fabricii!).

Rhopalus parumpunctatus Schilling. Beitr. I. 53. 4.

Corizus parumpunctatus Hahn. Wanz. III. 4. Tab. LXXIV. fig. 229. Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 117. 10. ♂ (bona).

Corizus pratensis Fall Hem. su. 42. 3. Burm. Handb. d. Ent. II. 307. 6.

Habitat frequentissime in pratis et pascuis siccis per totam Lithuaniam.

Statura et summa praecedentis similitudo, a quo scutelli apice conformatione et margine abdominis pallido nigro non maculato, essentialiter differre videtur.

Corizus capitatus ab hoc differt scutelli apice rotundato, statura mags, oblonga, angulis pronoti parum prominentibus, defectu macularum ad ocellos, et colore rufescente nervorum in hemielytris et pictura abdominis a *Corizo crassicorni*.

Sexus uterque similis, etiam colore abdominis subtus discriminatur, quod in foemina semper viride, in mare griseo-viride e ferrugineo-mixtum observuatr.

Insecti viventis corpus viridi-rufescens, sparsim nigro-punctatum, in exsiccatis vel ferrugineum v. pallidum, v. griseum. Caput, pronotum et pectus rufa, rugose punctata, pilosa. Antennae pilosae articulo primo crassiore, breviore, secundo et tertio subaequalibus, quarto *elongato-ovali*, crassiusculo in vivis rufescenti. Oculi nigri valde protuberantes. Pronotum antice carina transversa in omnibus et lineola media per scutellum ducta pallidiori, in quibusdam instructum. Scutellum apice subacuto concolore. Hemielytra laevia in aliis subcoriacea, in aliis membranacea, grisea, in quibusdam versus apicem ferrugmea, nervis validis plerumque nigro-punctatis. Membrana et alae albidae. Abdomen supra nigrum, maculis duabus parvis, ferrugineis aut pallidis, pone oblongam majorem. Margo abdominis elevatus pallidus immaculatus, vel obsolete maculatus. Ostia spiraculorum ventralium punctis elevatis indicata. Pedes griseo-virescentes, pilosi, nigro-punctati.

115. **Cor. maculatus** (Herr. Schff.); sparse longe pilosus, aurantiacus, nigro-punctatus; abdominis dorso nigro in medio fascia longitudinali aurantiaca utrinque serrata *. Long. $3\frac{1}{2}$ lin.

Corizus maculatus Herr. Schaeff. Wanz. VI. Tab. CLXXXI. fig. 559.

Habitat in Podolia australi.

Constans pictura fasciae dorsalis abdominis et major magnitudo, distin-

guunt facile hunc a *Cor. crassicorni* et *pratensi*, quorum verosimiliter forma australis est.

116. **Cor. gracilis** (Herr. Schff.); sparsim longe pilosus, pallidus; capite parvo nigro-maculato; antennis linea dorsali fusca; pronoti stria transversa nigra; scutello acuminato, hemielytris apice coloratis; membrana hemielytrorum abdomen excedente *. Long. $3\frac{1}{2}$ lin.

Corizus gracilis Herr. Schaeff. in Panz. cont. Faun. germ. 127. 2. Ejusd. Wanz. VI. Tab. CLXXXI. fig. C (*abdomen*).

Habitat in Volhynia et Podolia.

Omnibus praecedentibus tenuior, capite parvo, antennis longioribus, hemielytrisque, insignis.

Caput nigro-maculatum. Ocelli maculis nigris circumdati. Pronoti anguli humerales uti in *Corixo pratensi*, subprominuli. Pone marginem anteriorem pronoti stria transversa interrupta nigra. Pars coriacea hemielytrorum in medio marginis posterioris puncto, in angulo interno lineola nigra, signata. Apud marem: margo abdominis elevatus, variegatus: in dorso segmenti penultimi duo puncta, in margine postico ultimi, maculae duae triangulares flavae. Apud foeminam margo abdominis elevatus flavus concolor et segmentum ultimum ex toto flavo-marginatum.

(Continuabitur in Fasciculo II.)

II.

GENERUM SPECIERUMQUE NOVARUM MONOGRAPHIAE

QUAEDAM.

Curiosum nobis Natura ingenium dedit et artis sibi ac pulchritudinis suae conscia spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida, et non uno genere formata solitudini ostenderet.

Seneca de otio.

I.

MYRMECORIS*

NOVUM LITHUANIAE HETEROPTERORUM GENUS CAPSINIS PROXIMUM.

Etymologia. Nomen e duabus vocibus graecis: μύρμηξ *Formica* et κορίς *Cimex* conflatum, similitudini alludit Formicae, cujus nostrum insectum quodammodo habitum refert. — Myrmecoris, ex cacophonico Myrmecocori, per apocopen, exorta appellatio est.

Characteres essentiales. Caput sessile, thorace latius. Antennae corporis longitudine, setaceae, quadri-articulatae. Ocelli nulli. Thorax in medio distincte constrictus, articulatione in duas partes divisus: anteriore (prothorace) sursum latiore, posteriore (mesothorace) supra deorsum in gibbum elevata cum processu postico brevi, metathoracem brevissimum supertegente. Hemielytra nulla. Abdomen clavatum, octo-articulatum. Pedes tenues, coxis elongatis, trochanteribus minutis.

Characteres naturales. Caput arcuatum, sessile, basi triangulari, thorace latius, inter antennas quasi in rostrum obtusum, compressum, productum: lobo medio clypei basin haustelli attingente, laterales triangulares in longitudine multoties superante. Haustellum nudum, vagina quadri-articulata, pedes medios attingens, articulis subaequilongis, primo crassiore. Labrum longitudine articuli primi vaginae. Oculi maximi, reticulati, convexi, subglobosi, excisuris lateralibus capitis, basi sua immersi. Ocelli nulli. Antennae ante oculos, mediae faciei in linea ad illis ad apicem rostri ducta, ope tuberculi minutissimi, insertae, longitudine corporis, quadri-articulatae in vivo divergentes. Antennarum articulus primus cylindricus, reliquis brevior et crassior, secundus filiformis, duorum insequentium maximae longitudinis aequalis vel etiam parumper longior, tertius et quartus capillares, attenuati, pubescentes, sed tertius quarto sub apice conspicue articulato, longior. Caeterum partes cunctae thoracis a dorso liberae conspicuae[1]) singulari modo conformatae, prothorax nempe capite brevior illoque antice

---

1) Apud Heteroptera generatim, mesothorax et metathorax sub pronoto maximo totum dorsum thoracis tenente eadem abscondita sunt, ut nonnisi ab inferiore in conspectum veniant.

angustior, obconicus, convexo-rotundatus, truncatus, collari obsoleto; acetabula pedum anteriorum maxima, totum praesternum explentia, in lobos duos divisa, quorum anterior oculis contiguus. Mesothorax subtrapezoidalis, prothoracis longitudine, disco postice in gibbum conicum, obtusissimum elevatus, pars ejus postica declivis, triangularis, supra metathoracem prominens, scutelli vicem agens, angulis autem lateralibus, rudimenta pergaminea, triangularia, dorso carinata, hemielytrorum, inserta sunt, quibus metathorax a latere obvallatur, apicem tamen ejus non excedunt. Metathorax brevis, insertione pedum posticorum indicatur. Abdomen pedunculatum, clavato-globosum, octo-articulatum, longitudine capitis unà cum thorace sumpti. Annuli abdominales a priori inclusive ad quintum utrinque a latere plica lata conjuncti, deorsum ad quintum in latitudine increscentes, a sexto decrescentes, ultimo latiore obtuse conico, superne ad genitalia condenda excavato, subtus convexo, pilosulo; ostiis spiraculorum ventralium minime perspicuis. Pedes duo anteriores a reliquis remoti, postici duo caeteris longiores. Coxae ut in *Nabide*, elongatae, trochanteres minuti. Femora subcylindrica crassiuscula, anteriora duo longitudine tibiarum, posteriora quatuor tibiis breviora. Tibiae rectae, teretiusculae, filiformes, setulis sparsis obsitae. Tarsi tri-articulati, articulo primo (metatarso) reliquis longiore, ultimo bi-unguiculato.

Affinitas. Genus conformatione thoracis, abdominis, et acetabulorum magnitudine distinctissimum ac pene singulare, vitae suae phasium respectu ulterius investigandum; ocellorum defectu nec non antennarum structura *Capsinis* affine, *Nabidi* proximum inprimis coxis elongatis.

1. **Myrm. agilis** * fusca, mesothorace gibboso pedibusque ferrugineis; tibiis apice fuscis; antennarum articuli tertii baseos, metatarsisque cunctis albido-flavis; hemielytrorum rudimentis metathoracis longitudine. Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Myrm. lithuanica * Tab. II. fig. 1 [1]).

Habitat raro in sylvis acerosis siccis Lithuaniae. Hujus specimen aestate a. 1845 in praedio Michaliszki novem milliariis a Vilna terram celerrime petens, a me captum, in Musaeo berolinensi asservatur; alia duo ibidem habita Berolini viciniis a divo *Erichson* 23. Junii 1847 loco Grunewald dicto capta, a lithuanico minime diversa, quod attamen primatus me auctore sibi vindicat.

Insectum pusillum, formicaeforme, opacum, glabrum, subnudum, nullis

---

1) Nomen triviale *lithuanica*, tabulis jam 1848 paratis inscriptum, nunc supprimere eo magis mihi visum est, quod insectum hoc non tantum Lithuaniam, sed et Borussiam incolit. Quum haec praelo sudantur, duo alia specimina ejus ab amicissimo *J. P. E. Frdr. Stein* Berolinensi, viciniis Brieselang et Köpnicker-Heide, currente aestate, capta sunt.

punctis impressis notatum. Colore parum variat. Caput, pronotum, antennarumque articulus secundus sub apice fusco-nigra, reliquum corpus fusco-ferrugineum. Vagina haustelli dilute testacea. Mesothorax marginatus pedesque colore modo fusco, modo ferrugineo proximi apparent. Antennarum articulus primus pallidus, alter basi ferrugineo-testaceus, superne niger, pilosulus: reliqui duo puberuli fuscescentes, hic concolor minutissima articulatione elliptica exceptus, ille ad basin annulo pallido insignitus. Genua, basis tarsorum articuli tertii et metatarsi (omnium tarsorum articulus primus) perpetuo albido-flavi. Reliqui tarsorum articuli nigri. Coxae ferrugineae. Prothoracis fusci coloris margo posticus angustatus, annulo ferrugineo cinctus. Metathorax colore intensiore prothoracem vincit. Abdomen etiam fuscum; annuli ejus, saltem quatuor anteriores, postice ferrugineo-marginati, caeteri fusci. —

Explicatio Tabulae II. fig. 1.

1. Insectum magnitudine valde auctum.
   a. Caput una cum utraque thoracis parte nec non pedum anteriorum insertione.

II.

TYZENHAUZIA*

NOVUM LITHUANIAE DIPTERORUM GENUS E SYRPHICORUM FAMILIA.

Etymologia. Illustrissimo Comiti *Constantino a Tyzenhauz*, apud nostrates exterosque studiorum Naturam spectantium patrono, Ornithologoque celeberrimo, honoris gratia dicatum.

Characteres essentiales. Antennae tri-articulatae, porrectae, protuberantiae frontali conico-truncatae insertae; articulorum prior et alter subaequilongi, elongati, tertius minutissimus transversus cum seta dorsali nuda. Facies prominens. Hypostoma rostratim productum. Oculi minime conniventes. Corpus immarginatum, subnudum, nigro-flavoque pictum.

Characteres naturales. Caput latitudine thoracis, transversum, compressum. Frons in tuberculum late conicum apice truncatum, primo antennarum articulo parumper brevius, elevatum. Facies antice prominens, media parte tuberculo obsoleto insignita. Hypostoma infra oculos rostratim descendens, apice furcatim excisum. Oculi nudi, in ambitu triangulari-ovales, convexi, reticulati, fusci, spatio frontali brevi in utroque sexu divisi. Ocelli ad verticem inter oculos in triangulum dispositi, in foemina majores conspicui, apud marem minores setulisque adumbrati. Orbitae oculorum, pilis flavescentibus pubescentes. Antennae apici tuberculi frontalis insertae, antrorsum porrectae, elongatae, in longitudine caput excedentes, tri-articulatae, a primo articulo, uti apud *Stratiomydes*, furcatim divergentes, setulis brevibus antrorsum versis, sub lente conspicuis, obsitae. Articuli duo priores antennarum, *elongati*, *paralleli*, subaequilongi, quorum prior cylindricus ad basin paulo attenuatus, secundus antrorsum versus parum latior, apice oblique truncatus, tertius minutus, transversus, ovalis, margine carinatus, cum setula nuda, exarticulata *inflexa* in medio longitudinis dorsi, ipso articulo longiore. Proboscis exserta, labiis carnosis, pubescentibus. Haustelli partes (ne rarissimum insectum forte infregerim) nulla investigatione prosequi visum est. Pronotum cylindricum, cum impressione transversali (sutura mesothoracis) ex utroque latere; tubercula humeralia conspicua; pars postica pronoti rotundata. Scutellum semicirculare marginatum. Squamae ciliatae. Halteres

nudi. Alae quiescentes absolute dorso abdominis incumbentes apicem ejus paulo excedunt, vigilante insecto divergentes, patulae, *Ceriae* vel *Conopis* modo. Structura alarum prorsus eadem ac *Milesiae apiformis.* Nervi externo-medianus et interno-medianus post inflexionem aream posteriorem utramque claudentes, una fere linea recta confluentes, ceterum margini alae posteriori proximam illique parallelam; nervus externo-medianus cum submarginali in apice alae angulum acutum effingit cum apice costae conniventem; nervus mediastinus (n. longitudinalis secundus *Zett.*) fere rectus; nervus marginalis (n. longitudinalis tertius *Zett.*) rectus, ad apicem alae costae oblique insertus; nervus submarginalis (n. longitudinalis quartus *Zett.*) fere rectus; nervus externo-medianus (n. longitudinalis quintus *Zett.*) subcurvatus; nervus interno-medianus (n. longitudinalis sextus *Zett.*) rectus; nervus axillaris (n. longitudinalis septimus *Zett.*) ab apice areae axillaris ad marginem interiorem decurrens, brevis, rectus; nervus transversus primus e medio submarginalis exiens, parum obliquus, nervus transversus secundus (n. transversus ordinarius medius *Zett.*) rectus. Area submarginalis postice haud inflexa, marginalis huicce fere parallela, sed illa duplo latior. Nervus spurius longitudinalis [1]) obsoletus vel saltem *Milesiarum* illo minus conspicuus. Abdomen subcylindricum, immarginatum, supra convexum, ventre concavo, omnino eadem ac in *Milesia* structurae forma, apud mares nempe quadri-, apud foeminas quinque-articulatum. Segmenta abdominalia, alterum illud et insequentia fasciis discoloribus marginata sunt, quae ad marginem exteriorem utrinque bina quaeque connata apparent. Pedes normales inermes. Tibiae posteriores curvatae. Femora minime incrassata, inermia. Tarsi quinque articulati: metatarso tres articulos insequentes longitudine superante, ultimo unguiculato.

Colorum mixtura vivi insecti, vulgo picturam vocant, splendida, aureotomentosa, cum pubescentia flavescenti passim in variis partibus, conspicua quidem, ut in *Milesiis.*

Habitus *Milesiarum* ille, at oculi, antennae et hypostoma perquam ab illis discrepantes. Antennarum structura ex parte *Tephritidi*, ex parte *Stratiomydi* accedens, sed ipse antennarum articulus tertius transversus cum seta dorsali, quam maxime eam ab illis removent. A *Psaro* et *Chrysotoxo* itidem valde differt.

Sexus discrimina. Mas a foemina differt *a.* oculorum proximitate et

---

1) Hoc nomine *Macquartio* (Diptères I. 468) nervulus innotuit, ex area basilari exteriore exoriens, universam longitudinem ejus percurrens et retro nervum transversum primum, in area posteriore prima subito disparens. Quaedam species *Syrphi* v. c. *aeneus* et *sepulcralis*, quibus nervulus iste nullus est, ex ipso alarum contextu a consanguineis, facili negotio unicuique discernere fas est.

b. cingulorum abdominalium numero. Apud marem cinguli flavi septem numero habentur, cum ano in posteriori segmento abscondito: apud foeminam cinguli abdominales novem et anus exsertus exstat.

Volatus celer, sine ullo susurru.

Habitatio in saltibus graminosis editioribus.

Metamorphosis et vitae ratio adhuc parum nota.

Notanda. 1°. Jam *Latreille,* viginti ante annos (vide: *Dictionnaire classique d'Histoire naturelle* Tome XV. 1829. p. 545 et *Cuvier Règne animal* Tome V. 1829. p. 495) genus Sphecomyja ad specimina Carolinis insulis a D. *Bosc* collecta, instituit, cujus omnes characteres nostris conveniunt praeter singularem unum, a summo hoc entomologo depromtum: *setam antennarum secundo articulo insertam.*

2°. *Macquart* (*Diptères exotiques nouveaux ou peu connus* Tome II. Partie II. Paris 1842). genus Sphecomyjam, exoticum europaeis adnumerat[1]) quidsi: characteres generici, quibus idem connotat (l. c. p. 17), tam affabre cum nostro quadrant, ut, si modo patrium solum excipias, nullis aliis a nostro differat. Nisi nova civitas hujusce novi eximiique dipteri europaei idem generi americano adscribere vetaret, antiquius nomen lubenter retinere, nullus sane essem, qui haesitarem.

3°. *Wiedemann* (*Außereuropäische zweiflügelige Insecten* Th. II. 1830. S. 87) ex collectione Musaei viennensis, descripsit dipterum ignotae Patriae, nomine Chrysotoxum vittatum, mox autem (l. s. c. S. 91. Tab. IX. fig. 7) speciminibus duobus ex Georgia americana in Musaeum berolinense allata, suum Psarum ornatum effinxit. Quod binum a *Wiedemanno* descriptum. duobusque nominibus appellatum insectum, foeminas Sphecomyjae *vittatae Macquartii* (*Diptères exotiques* l. c. p. 18. Tab. III. fig. 3. ♂) esse, minime dubitandum est, qui praeterea specimen maris ex Georgia americana in Musaeo parisiensi asservatum se vidisse, merito asserit.

4°. Num Tyzenhauzia vespiformis* lithuanica eadem est ac Sphecomyja vittata americana *Macquartii?* Res adhuc in discrimine versatur. Quod dubium facile solvendum esset speciminis lithuanici Musaeo berolinensi a me donati cum eodem ejusdemque sexus Sphecomyjae vittatae Musaei parisiensis, cujus inspiciendi opportunitas me effugit, accurata contentione. Cujus rei gratia utriusque sexus discriminum notas inter marem Tyzenhauziae vespiformis meae inter foeminamque Sphecomyjae vittatae Musaei berolinensis (duobus speciminibus asservatae), a me comparatione rite

1) „Le genre *Sphecomyie* a rapport exclusivement aux genres exotiques ou à tels, dont „la connaissance n'était pas jusqu'ici connue aux Diptérologistes d'Europe." (Macqu. l. s. c. p. 7.)

instituta desumptas, ad calcem descriptionis addendas curavi, quo iis, quibus deinceps foeminas Tyzenhauziae vespiformis apud nos detegendi facultas contigerit, de identitate vel differentia insecti americani et lithuanici dijudicandi major opportunitas et lux offundatur.

1. **T. vespiformis*;** nigra, thorace lineis binis interruptis, callis duobus humeralibus totidemque maculis mesothoracis, scutello basi, abdominisque fasciis septem flavo-aureis: secunda distincta, quarta et sexta obsolete in medio interrupta, tertia et quinta angustioribus; articulis duobus extremis tarsorum testaceo-fuscentibus. Mas. Tab. Nostr. I. fig. 1 *ubi sphalmate ♀ pro ♂ inscriptum.* Long. 7 lin.; al. exp. $12\frac{1}{2}$ lin.

Habitat locis Vilnae propinquis, at rarissime, me quidem auctore. Unicum exemplum masculum die $\frac{6.\ \text{Junii}}{24.\ \text{Maji}}$ n. s. 1846, ad praedium Werki, mane hora septima, alis semipatulis folio fructicis cujusdam insidens, jam jam avolaturum, quod forcipe huic rei parato cepi, Musaeo berolinensi a me delatum est.

Descriptio maris. Hypostoma verticale, conicum, luteum. Oculi fusci, ad orbitas luteo-marginati. Vertex niger. Tuberculum antennale nigrum, in ambitu tenuissime luteo-cinctum. A tuberculo antennali ad excisuram apicalem hypostomatis excurrit fascia nigra, nitida; latera faciei anteriora utrinque fascia lutea ab apice tuberculi antennalis ad apicem hypostomatis excurrente ornata, posteriora nigra. Antennae totae nigrae: articulus secundus primo parum longior. Seta fusco-ferruginea, apicem articuli tertii longe superans, incurva. Corpus opacum, pilis flavescentibus, erectis, pubescens. Thorax niger. Tubercula duo humeralia callosa, quatuor maculae mesothoracis (duae ex utroque latere) superior oblonga, inferior subrotunda et quatuor striae in dorso angustae, posteriores breviores parum divergentes, anteriores longiores, parallelae, ab illis longo intervallo divisae, luteae. Scutellum nigrum, cum lunula ad basin tomentoso-lutea. Squamae in vivo ferrugineae, serius pallidae, ciliatae. Halteres in vivo ferruginei, demum pallidi: clava brevi apice truncato. Alae albidae, subnebulosae, nervis ferrugineo-testaceis: anastomosibus parum infuscatis. Abdomen conico-cylindricum teretiusculum, basi tantum supra depressum, subtus excavatum, supra nigrum opacum, flavo-fasciatum. Segmentum primum cum una fascia postica marginali; reliqua segmenta cum fasciis duplicibus, quarum anteriores retro marginem anteriorem sitae sunt, posteriores vero stricte margini ipso impositae: prima, tertia et quinta reliquis angustiores, lineares, secunda, quarta et sexta postice quidquam latiores sunt, sed non in margine reflexo, ubi potius liberae dicendae et tantum in ventre cum illis connatae. Spatia nigra inter fasciam secundam et tertiam, quartam et quintam, sextam et septimam, reliquis latiora.

Fascia flava secunda distincte, quarta et sexta in medio anguste interruptae apparent. Segmenta ventralia nigra, sed secundum, tertium et quartum antice fascia flava transversa notata sunt. Coxae, trochanteres et femora maxima ex parte omnia fusco-ferruginea. Tibiae omnes et tarsi pallide flavo-testacea. Duo tantum articuli extremi tarsorum in omnibus pedibus fuscescunt.

Foemina Sphecomyjae vittatae *Macqu.* (*Psarus ornatus* et *Chrysotoxum vittatum Wiedem.*) a nostrae Tyzenhauziae mare differt: 1°. oculis magis remotis, hinc vertice latiore ocellisque magis conspicuis; 2°. vittis thoracis dorsalibus latioribus antice acutis, magis approximatis, hinc minus longe interruptis; 3°. mesothoracis maculis lateralibus tribus, secunda posteriore (superiore) minore: 4°. coxis duorum pedum posteriorum macula sericeo-flava notatis; 5°. femoribus, tibiis tarsisque concoloribus flavo-aureis; 6°. segmentorum abdominalium fasciis, novem scilicet septem, aequilatis: secunda sola interrupta, octava et nona in segmento anali spatio angusto nigro divisis, omnibus in margine reflexo laterali distincte per paria coëuntibus: 7°. segmentis ventralibus: primo toto nigro, secundo nigro cum maculis duabus triangularibus sericeo-flavis, tertio, quarto et quinto sericeo-flavis cum macula magna transversa, elliptica, nigra in disco; 8°. scutello margine posteriore anguste nigro-marginato; 9°. alis magis flavescentibus.

Apud marem Tyzenhauziae vespiformis: 1°. oculi magis approximati verticeque angustiori divisi, cui ocelli minus conspicui inhaerent; 2°. vittae thoracis dorsales angustae, ad lineas licet strias reductae magisque interruptae; 3°. maculae mesothoracis laterales duae tantum; 4°. in coxis pedum posteriorum vestigium tantum tomenti sericeo-flavi; 5°. femora fusco-testacea apice dilutiora; 6°. segmentorum abdominalium fasciae luteae, septem, diversae latitudinis, distincte per paria connatae, secunda valde interrupta, quarta et sexta stria nigra in medio divisae, octava et nona inconspicuae propter segmentum anale retractum, quod anum rotundatum flavumque reddit; 7°. segmenta ventralia nigra, singula antice cum fascia flava; 8°. scutelli margo posterior niger, latior, non marginatus; 9°. alae minus flavescentes. —

Explicatio Tabulae I. fig. 1.

1. Insectum magnitudine auctum, ♂ non ♀.
   a. Ejus antenna.
   b. Caput a latere visum.
   c. Ala cum suis nervis et areolis.

III.

MILESIA WAGAE*

nigra, epistomate, thoracis maculis abdominisque cingulis albis, maris sex ad margines anguste connatis spatia nigra lata circumdantibus: secundo latissime interrupto, reliquis angustiore; antennis fulvis; pedibus fulvis: anticis nigris, genubus ferrugineis; alis ferrugineo-nervosis immaculatis. Mas. Long. lin. 5½; alar. exp. lin. 10. Tab. Nostr. I. fig. 2, sed *articulus tertius antennarum male expressus!*

Hujus speciei nonnisi mares mihi innotuerunt. Eorum exempla bina initio Junii mensis a. 1844 in amplissima sylva Bialovesha ipse inveni, alia duo adhuc indefinita e regione uralensi a clar. *Eversmann* amandata, in Musaeo berolinensi 1848 vidi, quae tunc temporis divo *Erichsono* novam quandam speciem esse suspicionem moverunt.

Hocce insecto Lithuaniae accolae, jam meritissimi Entomologi varsaviensis, D. *Antonii Waga*, nomine a me donato, tabulaque ejus jam a D. *Wagenschieber* confecta, ex libro clar. *Zetterstaedt* (Diptera Scandinaviae Vol. II. 1843) in *Milesia Wagae* mea, *Milesiam apiformem Zetterst.* serius agnovi. Quodsi vetus nomen illi recentiori anteponas, res aliquantulum perturbari videtur, quum eodem ipso aliam speciem *Panzerus*, aliam *Fabricius* notavit. At at illa species, quae me fert auctorem, ad amussim cum *Syrpho vespiformi Panz.* Faun. germ. 90. 19. ♂, idemque ac *Milesia apiformis Fabricii* et *Zetterstaedti* esse ne minime dubites. Monendum tamen in libro clar. *Zetterstaedt* in describendo insecto gravem lapsum calami irrepsisse, quo pictura *Milesiae apiformis* alba nigra dicta est. —

Descriptio maris. Hypostoma parum descendens, late emarginato-truncatum. Facies et pars frontis supra antennas sericeo-alba, stria nigra longitudinali, nitida divisa. Oculi (in mortuis) fusci, conniventes, verticis spatio angusto, nigro-piloso. Antennae totae ferrugineae cum seta, quae omnino nuda est. Orbita oculorum praesertim inferne sericeo-alba. Thoracis calli humerales duo, incisurae transversae et illis in mesopleura interposita maculae oblongae, sericeo-albae sunt; caeterum thorax niger et maculae pallidae sericeo-micantes, una ante scutellum et duae laterales in certo tantum situ ad

lucem, quasi obliteratae apparent. Pectus et coxae nigra. Scutellum nigrum immaculatum. Alae flavescentes, nervis ferrugineis. Halteres pallidi, capitulo concolore pallido. Lamellae anales nigrae nec luteae, uti in *Syrpho vespiformi Fabr.* Pedes anteriores toti fusco-nigri, genubus solis ferrugineis, aut saltem macula magna nigra subtus ad femora, quum haec supra ferruginea sunt, notati, posteriores semper cum femoribus, tibiis et tarsis ferrugineis. Tibiae posteriores parum curvatae. —

Proxima et valde affinis est species haec *Milesiae vespiformi Fabricii*, non *Panzeri*, sed abunde distincta: 1°. non tantum minori magnitudine, sed magis adhuc pictura alba, quae in *Mil. vespiformi* constanter flava est: 2°. cingula alba segmentorum abdominalium: secundi, tertii et quarti, praesertim haec quatuor ultima per paria anastomosi transversa angusta ad ipsum marginem conjuncta sunt et spatium majus circumdant, quam in *Mil. vespiformi*; 3°. cingulum secundum alterius annuli s. posticum etiam, ut in *Mil. vespiformi*, angustum est, sed non integrum, at latissime interruptum; 4°. cingulum anticum tertii segmenti abdominalis postice in dentem parvum exsertum, posticum latissimum: 5°. omnia caeterum cingula (praeter secundum) in medio integerrima sunt, et nullo modo neque incisa, neque interrupta; 6°. lamellae anales nigrae sunt. —

Coronides, adinstar Milesiarum lithuanicarum species, sequente schemmate indicari possunt:

A. Oculi in vivo picti (fasciato-colorati). Femora postica subtus dente armata. Nervus interno-medianus (*sextus Zetterst.*) ad externo-medianum (*quintum Zetterst.*) arcuatim flexus; area axillari ex apice, nervum margini posteriori alae primum parallelum, dein cum illo confluentem exserente:

 * Abdominis cinguli sex subintegri flavi, pedes ferruginei. 1°. *M. diophthalma Linn.* Long. 6 lin. Hab. prope Vilnam rarior.

 ** Abdominis cinguli sex, alterni subinterrupti flavi; pedes flavi, tibiae tarsique antici, nigra. 2°. *M. saltuum Fabr.* Long. 5 lin. Hab. in sylva Bialovesha.

B. Oculi in vivo concolores. Femora omnia mutica. Nervus interno-medianus ad externo-medianum angulatim flexus, ille ex areae axillaris apice exsertus, rectus, brevis:

a. Cinguli segmentorum abdominalium omnes duplicati, ad latera connati, sex apud mares, octo apud foeminas; alae ferrugineo-nervosae:

 * Pictura corporis flava. 3°. *M. vespiformis Fabr.* Long. 6 lin. Hab. prope Vilnam rarior.

 ** Pictura corporis alba, pedes antici nigri. 4°. *M. apiformis Fabr. Zett.* (*M. Wagae**). Long. $5\frac{1}{2}$ lin. Hab. in sylva Bialovesha.

b. Cinguli segmentorum abdominalium omnes solitarii, tres apud mares, quatuor apud foeminas; alae dimidiato-brunneae: 5°. *M. bombylans Fabr.* Long. 5 lin. Hab. circa Varsaviam (*Perthées!*) et in sylva Bialovesha (ego).

Explicatio Tabulae I. fig. 2.

Insectum magnitudine auctum ad specimen mutilatum delineatum, cujus antennarum clavae a chalcographo non expressae.

IV.

ALYSON.

Jurine Hymenopt. 195. XXI. Planche 10. 21. (a.) *Curtis* British Entomology XIII. Tab. 584. *Lepellet. St. Farg.* Hymenopt. III. 85. *Dahlbom* Hymenopt. boreal. 142. 32. — Nostra Tabula II. fig. 2.

Characteres generis. Oculi in vivis (saltem apud *A. bimaculatum Panz., Curt.* et *A. Perthéesi* *) pallide viridescentes, fusco-maculatim micantes. Antennae infra medium faciei insertae, curvatae aut convolutae, apud foeminas duodecem-articulatae, articulo terminali recto (Fig. 2. a.), apud mares tredecem-articulatae, articulo terminali subtus lunato-arcuato, apice truncato. Thorax oblongus, metanoto reticulato, rugoso, ad latera subdentato, spatio triangulari postscutellari distincto. Abdomen elliptico-lanceolatum, sessile. Anus apud mares bistylatus, apud foeminas acuminato-conicus, aculeo pungente instructus. Alarum anteriorum areola radialis una, cubitales quatuor: secunda parva triangularis, pedunculata, nervos ambos transverso-discoidales ad angulos suos excipiens. Femora duo posteriora sub apice extrorsum processu valido, dentiformi, laminato instructa (Fig. 2. b.). Articulus ultimus tarsorum apud foeminas dilatatus: pulvillis magnis (Fig. 2. c.). — Foeminae habitu *Pompilis*, mares *Mutillis* alatis similes; areolarum alari structurâ *Nyssonibus* conveniunt. Incolunt loca sabulosa, praesertim fluminum et rivulorum ripas, in quibus foeminae ova deposituræ cuniculos *Ammophilarum* more effodiunt. Alysones, cum *Mellinis sabulosis* melleam Aphidum excretionem in deliciis habentes, saepe aestivo tempore eorum contubernio varias plantas, inprimis autem Carduos adeunt, dum interea eorum mares foliis fruticum in aprico sole degunt.

Sexus differentia ex articulorum in antennis numero et ani structura haud difficile investigatur. Nihilominus tamen in judicio ex sexus varietate de specie eadem necne caute procedendum, qua in re nonnisi copula ipsa, cujus videndae occasio nunquam mihi contigit, recte dijudicari potest. Quapropter utrum *Alyson bimaculatus Panzeri.* sit unum idemque cum ejusdem *A. (Pompilo) spinoso* [1]) et *A. fusco*, autoptes discernat statuatque. Quae cum

---

1) Jam *Panzerus* 1801, ex hac et praecedente specie novum praedixit genus. In Fauna sua germanica (Fasc. 80. n. 17) sequentem *Pompili spinosi* dedit descriptionem:

ita sint, europaeis illis jam rite cognitis quinque speciebus, et quidem: 1°. *A. lunicornis* Fabr. Dahlb. Hym. bor. 142. 75; 2°. *bimaculatus* Dahlb. Hym. bor. 142. 76; 3°. *Kennedii* Curtis, Brit. Ent. XIII. t. 584; 4°. *tricolor* Vanderlind., Lepell. St. Farg. Hym. III. 89. 5. et 5°. *Ratzeburgi* Dahlb. Hym. bor. 145. 77, novam memoriae indefessi insectorum Poloniae et Lithuaniae scrutatoris *Caroli de Perthées* sacram addere placet, quae licet delineatione et pictura *Alysoni tricolori* proxime accedat, nonnullis tamen diversa ab illo, me censente, esse videtur. —

1. **Al. Perthéesi*:** niger, metanoto rufo, spatio postscutellari nigro; abdomine, basi rufo in segmento secundo albo bimaculato. Long. $2\frac{1}{2}$ lin.; alar. exp. $4\frac{1}{2}$ lin. Tabul. Nostr. II. fig. 2. *foemina!*

Habitat in Vilnae confiniis ad fluminis Viliae oras sabulosas, ubi aliquot foeminae, cuniculis evolantes, $\frac{19.}{7.}$ Septembris 1846 obviam mihi venerunt. Unum specimen Musaeo berolinensi 1848 detuli.

Descriptio foeminae. Magnitudo *Alysonis furcati* Panz. (Faun. germ. 51. 3). Caput nigrum, nudum, nitidum, clypeo toto sub antennis sericeo-flavo; striae duae ante orbitas inter oculos sitae ejusdem coloris, medium frontis sericeo-grisei attingentes. Mandibulae arcuatae, flavae, apice fuscae, oblique bidentatae. Apex labri parum prominuli flavus. Palpi pallidi. Oculi in vivo pallide viridescentes, fusco-maculatim micantes, in mortuo fusci. Ocelli tres verticales nitidi, in triangulum isoscelem dispositi. Antennae supra ipsam basin clypei insertae, statim post mortem convolutae, duodecem-articulatae. Scapus (articulus primus) antennarum incrassatus, superne introrsum pilosulus, subtus flavus; pedicellus (articulus secundus) et flagellum (artic. 3—12 inclusive) tota nigra. Collare cum pronoto in collum constricta, nigra; mesonotum etiam nigrum, subtus et ad latera, sericeo-albido nitentia. Scutellum planum, minutum, transversum cum maculis duabus sulfureis, subrotundis conniventibus. Metathorax *ferrugineus,* spatio triangulari postscutellari nigro. Sculptura areolata metanoti, obliterata. Alae abdomine breviores, *nebuloso-bifasciatae,* fascia interiore fumea areolas duas discoidales replente minus distincta, altera, quae cellulas marginalem, sub-

---

„Caput nigrum. Oculi magni fusci, linea inter oculos utrinque, labio mandibulisque flavis, „his apice fuscis. Palpi fusci, apice flavi. Antennae nigrae, articulo primo longiore subtus „flavo. Thorax ater, immaculatus, scutello linea flava. Alae albo-hyalinae, antice ante „apicem fascia nigricante. Abdomen nitidum, apice parum pubescens, basi rufum, apice „nigrum, punctoque medio utrinque segmento primo nigro contiguo, albo-pictum. Pedes „flavi, femoribus anticis et posticis apice nigris, his apice spinosis, tibiis mediis et posticis „basi flavis, apice nigris.“ —

marginales medias et extremam discoidalem occupat, magis expressa. Abdomen elliptico-lanceolatum, nitidum, segmento primo campanulato *ferrugineo*, secundo *basi ferrugineo*, postice indeterminate fusco, reliquis (3—6) fuscis, pilosiusculis in anum conicum abeuntibus. In segmento secundo abdominali, ubi color ferrugineus cum fusco confluit, utrinque gutta s. macula circularis lactea conspicitur. Pedes normales. Femora *ferruginea*, anteriora crassiora, omnia superne sub apice cum stria fusca, posteriora extus dente normali armata, tenuiora longioraque. Tibiae ciliatae, ferrugineae, antice pallidae, postice fuscae, posteriores duae annulo antebasali pallido cinctae, calcariis pallidis. Tarsi elongati, omnes concolores, pallide ferruginei, quinque-articulati, metatarso (articulo primo) elongato; in duobus anterioribus ultimus articulus tarsorum incrassato-triangularis, ad insertionem unguiculorum pone pulvillos majusculos ciliis longioribus instructus.

Alyson bimaculatus Panz. (Revis. II. 170. Faun. germ. 51. 4), cujus tantum foeminas viciniis Vilnae, ineunte Augusto 1846, in *Carduo lanceolato* ab Aphidibus infestato novi, ab *Al. Perthéesi* praeter magnitudinem majorem (etenim 5 lin. circ. longus) differt insuper alia pictura partium alisque magis nebulosis. Hujus metanotum distincte areolato-exsculptum est, totum nigrum, pedesque fusciores.

Alyson fuscatus Lepell. St. Farg. (*Sphex fuscata Panz.* Faun. germ. 51. 3), cujus mares tantum initio Julii 1846 in silva Werki viciniis Vilnae legi, distinguitur ab *Al. Perthéesi* colore thoracis (areolato-exsculpti) et abdominis nigro, maculis abdominis normalibus circularibus, *flavis*, ano ferrugineo, pedibusque flavo-variegatis. — Puncta duo scutellaria, flava, minutissima et huic adsunt. Magnitudinem habet *Al. Perthéesi*, sed alae omnino *hyalinae*.

Alyson tricolor Vanderlindeni (etiam foemina) secundum descriptionem a *Lepelletier St. Fargeau* (Hymenopt. III. 89) inchoatam differt a nostro: *a.* magnitudine majore (lineas enim 6 parisienses longus est); *b.* thorace *supra* lateribusque ferrugineo; *c.* maculis abdominalibus *subovatis*; *d.* ano supra ferrugineo et *e.* pedibus anticis albidis, supra nigro-lineatis. —

Explicatio Tabulae II. fig. 2.

Fig. 2. Insectum valde magnitudine auctum.

a. Antenna tota.

b. Pes posterior totus cum coxa, trochantere, patella, femore, tibia calcare armata et tarso.

c. Apex tibiae anterioris cum calcare et tarso, ut hujus articulus extremus melius in conspectum veniat, depictus.

V.

PROSOPIS[1]) RINKI*

NOUVELLE ESPECE LITHUANIENNE DE LA FAMILLE DES ABEILLES SOLITAIRES.

(Voyez Tab. III. fig. 1. a. b.)

Pr. nigra, subnitida; facie flava, pronoti utrinque puncto flavo, pedibus antennisque variegatis: horum scapo maximo, transverso, patellato, dimidiatim flavo nigroque. Mas. Long. lin. 3; alar. exp. $5\frac{1}{2}$ lin.

Quam speciem Viro illustri doctissimoque, Status a Consiliis et Equiti *Romano Rink*, in Praefectura vilnensi Camerae supremae tuendae sanitatis publicae gratia (1847) Inspectori, sacram esse jussi.

Je me resous d'ajouter encore cette espèce aux autres européennes du genre *Prosopis* qui depuis les temps de *Fabricius* [2]) furent publiées

1) Non obstant que ces deux genres d'insectes *Prosopis* et *Hylaeus* que *Fabricius* (Systema Piezat. 293 et 319) établit, embrassent quelques espèces qui leur sont à peu près étrangers (comme dans Prosopis mélés *Ceratina* et *Hylaeus*, dans Hylaeus *Cheilostoma, Systropha* et *Mutilla* même), toutefois et l'un et l'autre doit être maintenu dans le Système, vû le grand nombre d'espèces qui s'y rapportent, et afin de ne pas introduire sans nécessité des noms génériques nouveaux qui, sans rien ajouter à la science, ne contribuent qu'à en rendre l'étude plus difficile.

2) La première espèce qu'on pourrait nommer la typique de ce genre, est décrite par *Linné* (dans sa Fauna suecica n. 1706) sous le nom de *Apis annulata. Panzer* (Fauna insectorum Germaniae), *Fabricius* (Systema Piezatorum), *Kirby* (Historia Apum Angliae), *Jurine* (Nouvelle Méthode de classer les Hyménoptères), *A. Lepelletier de Saint-Fargeau* (Hyménoptères Tome second), *Smith* (Transactions of the entomological Society Vol. IV. 1845) et M. *Nylander* (Adnotationes in Expositionem monographicam Apum borealium in *Notiser* ur *Sällskapets pro Fauna et Flora Fennica Förhandlingar* IV. Häft. Helsingfors. 4°. 1848) ont de beaucoup augmenté le nombre des espèces de ce genre d'insectes

On peut distribuer les dix-huit espèces de ce genre *Prosopis* en deux sections suivantes:

1°. Les *Prosopites*, dont l'abdomen est uniforme de couleur noir:

1. *P. annulata Linn.* Faun. su. 1706. ♀ et ♂; *Fabric.* Syst. Piez. 293. 1; *Kirby* Monogr. Ap. Angl. II. 36. 3. Tab. XV. fig. 3; *Smith* Entom. Trans. IV. 30. 1; *Nyland.* Adnotat. 187. 1.
2. *Pr. atrata Fabr.* Syst. Piez. 295. 10.
3. *Pr. labiata Fabr.* Syst. Piez. 295. 12.

jusqu'à nos jours. Aussi proche qu'elle soit du *Prosopis dilatata Kirby* surtout par la conformation du premier article des antennes, elle est cependant, si je ne me trompe pas, suffisamment distincte par quelques caractères qui lui assignent une place particulière.

On rencontre la *Prosopis Rinki* en Lithuanie, qui est sa patrie speciale, vers le commencement de l'été. J'en ai trouvé plusieurs échantillons aux environs de Vilna la mi-Juin 1846 année, sur les feuilles d'un coudrier, dans le bois de Werki. En état de vie ils exhalaient une odeur assez forte et agréable qui ressemble à l'odeur du *Melissa officinalis*, ou bien plus encore du *Dracocephalum Moldavica*. Cette odeur, l'insecte étant mort, se prolongue encore quelques jours et se dissipe ensuite tout-à-fait. Un seul individu de cette espèce, que j'ai trouvé au fond de la fleur d'un *Campanula persicifolia*, se faisait remarquer par sept échantillons de *Triungulinus Andraenetarum L. Dufour*, accrochés à la partie postérieure de metathorax. Comme ces parasites se laissent voir encore plus souvent sur les diverses espèces d'*Andraena* depuis le commencement du printemps, avant même que *Meloë proscarabaeus* vienne de paraître jusqu'à la fin de l'été, ainsi que sur

---

4. *Pr. nigrita Fabr.* Syst. Piez. 296. 13.
5. *Pr. annularis Kirby* Monogr. Ap. Angl. II. 38. 4 (*Sphex annulata Panz.* Faun. germ. 53. 1); *Smith* Entom. Trans. IV. 30. 2.
6. *Pr. cyanura* Kirby* Monogr. Ap. Angl. I. 212.
7. *Pr. signata** (*Sphex signata Panz.* Fauna germ. 53. 2); *Kirby* Monogr. Ap Angl. II. 41. 6; *Smith* Entom. Trans. IV. 30. 3; *Nyland.* Adnotat. 190. 4. A *Prosop. annulari* differt majore magnitudine, clypei maculis lateralibus flavis et pedibus totis nigris. Cfr. *Panz.* Fauna germ. 53. 2.
8. *Pr. dilatata Kirby* Monogr. Ap. Angl. II. 39. 5; *Smith* Entom. Trans. IV. 31. 4; *Nyland.* Adnotat. 188. 2.
9. *Pr. pallidens* Kirby* et *Smith* Entom. Trans. IV. 31. 5.
10. *Pr. cornuta* Kirbg* et *Smith* Entom. Trans. IV. 32. 6.
11. *Pr. plantaris Smith* Entom. Trans. IV. 32. 7. ♂.
12. *Pr. punctulatissima* Smith* Entom. Trans. IV. 33. 8.
13. *Pr. hyalinata* Smith* Entom. Trans. IV. 33. 9.
14. *Pr. armillata Nyland.* Adnotat. 189. 3.
15. *Pr. Rinki**.

Dans cette section les *Prosopis dilatata, plantaris* et *Rinki* dont les seules mâles sont connus, se distinguent par le premier article des antennes très élargi ou gonflé.

2°. Les *Prosopites* dont l'abdomen a les premiers anneaux rouges:

16. *Pr. variegata Fabr.* Syst. Piez. 295. 9 (*P. colorata Panz.* Faun. germ. 89. 14); *Lepell. St. Farg.* Hymén. II. 534. 1. Planche XVI. fig. 4. 5 (per errorem: *signata!*).
17. *Pr. bifasciata Jurine* Nouv. méth. Hyménopt. 220. Tab. 11. fig. 30′.
18. *Pr. Rhodia Lepell. St. Farg.* Hyménopt. II. 536. 3.

On peut espérer que dans l'avenir, quand ces espèces seront mieux observés vivants, quand les mâles seront pris avec les femelles dans l'accouplement et quand les échantillons d'archetypes espèces seront entre eux comparés, le nombre des espèces mentionnées se reduira d'une manière sensible.

le *Hylaeus vulpinus** (Andraena vulpina *Fabr.*), qui au mois Septembre est très commun en Lithuanie, cela me fait croire, que *Triungulinus Andraenetarum* de *L. Duf.*, qui comme parasite garde dans toutes les saisons la même grandeur, ne peut être nullement une larve de *Meloë,* comme le prétendent encore aujourd'hui quelques entomologues. Je chercherai à prouver dans la suite de ces Analectes qu'il existe plusieurs espèces du genre *Triungulinus,* dont une nouvelle *Triungulinus niger** (Analect. Mss. Fasc. III. Tab. VII. fig. 4) fut observé par moi au printemps sur *Anthophora pilipes Fabr.,* et pendant l'été sur *Colletes succincta Fabr.*, mais qui d'ailleurs correspondent toutes en grandeur. Ces parasites qui ressemblent tant soit peu à la vermine ordinaire, mais en diffèrent beaucoup par les segments abdominaux plus nombreux, dont le dernier est terminé par plusieurs poils de l'un et de l'autre côté du corps, par des pattes plus longues et la conformation de la bouche; je ne les ai jamais vu au milieu des fleurs. Ceux que je vis sur *Prosopis Rinki* ou *Fr. Andraenetarum L. D.*, sont de couleur ferrugineuse dans toutes leurs parties, excepté les yeux, qui sont seuls noirs. Aussitôt qu'ils se detachèrent de mon *Prosopis*, ils couraient avec vîtesse, en haussant et en saisant leurs têtes et le corps même, comme le font quelques Traquets *(Saxicola)*, quand ils sont surpris ou épouvantés.

Les *Prosopites* en général, ayant les pattes postérieures [1]) depourvues des organes nécessaires pour ramasser le pollen des fleurs et incapables de fournir à leurs larves la provision que les autres abeilles fournissent aux siennes, sont obligées de pondre les oeufs dans les nids des autres abeilles solitaires qui préparent pour leur couvée la pâtée du pollen des fleurs, imbibée de miel. C'est principalement dans les nids d'*Andrènes*, d'*Osmies* et des *Hériades* que les *Prosopites* pondent leurs oeufs et leurs larves au détriment des vrais propriétaires. Puisque ceux-ci éclosent souvent à l'époque de la ponte des premiers, il arrive qu'ils meurent quelquefois de faim, étant privés de toute provision.

Notre espèce, ou la *Prosopis Rinki*, est de la grandeur de la mouche ordinaire; elle est très agile pendant le beau temps et ne se laisse qu'avec difficulté prendre des doigts. Son corps est oblong, cylindrique, couvert d'un duvet visible à la loupe au corcelet et sur la tête. Si l'on excepte quelques parties qui sont jaunes, le reste de son corps est tout-à-fait noir et peu luisant.

---

1) Le premier article des tarses postérieures n'est jamais dilaté en palette *(corbicula)*, ni muni par dessous d'une brosse *(scopula)* chez les Prosopites. Ils n'ont ni des poils crochetés sur leurs jambes postérieures, ni de palette placée sous le ventre et garnie de poils étagés, destinés à retenir le pollen. —

Sa tête déprimée par-devant en arrière présente un contour circulaire, bordé dans la plus grande partie des yeux. Sa face dont les quatre parties, savoir ses deux joues, le châperon et le bout du nez, sont separées par les stries distinctes, est jaune; les autres, ainsi que les mandibules, les mâchoires et les palpes avec la langue largement tronquée, sont noires. Les trois ocelles sur le vertex sont luisants; les yeux sont bruns, oblongs, ovals. Les antennes inserées au dessus du milieu de la face, qui sont très mobiles dans l'insecte vivant, surpassent de longueur la tête, mais non pas le corcelet; dans l'insecte mort elles sont recourbées en guise des cornes, et présentent à la vue treize articles, bigarrés en jaune et en noir. Le premier article qui caractérise cette espèce ou *stipes* élargi et gonflé par le travers est de couleur jaune à sa moitié antérieure, noir à celle qui est postérieure (Fig. 1. b); il est en même temps convèxe du côté intérieur ou en dessus, concave du côté opposé ou en dessous. Les articles de la partie filiforme ou du fouet *(flagellum)* sont en forme de chapelet; le premier *(pedicellus)* et les autres qui suivent sont plus courts et tous en général panachés de brun et de roux, ou bigarrés. Le corcelet est dans sa partie antérieure retréci, plus étroit que la tête, de couleur noire, excepté par-dessous des racines des ailes et dans leur partie antérieure où se trouve un point calleux jaune, qui en regardant l'insecte de par-dessus ne se laisse pas voir. Le collier, les tégules (tubercules aux racines des ailes), l'écusson et post-écusson sont aussi noirs. Le métathorax en arrière tronqué, comme dans l'*Odynerus parietum*, présente une surface égale avec une ligne carinale au milieu, fourchue dans le haut. L'abdomen oval des sept anneaux est de couleur noire, le premier et le second de ses anneaux sont plus longs que les autres; tous ces anneaux sont glabres et ne présentent pas des poils blancs sur leur surfaces; ces poils aussi ne sont pas serrés en stries blanches sur leurs bords. Toutes leurs pattes sont distinctement panachés de jaune et de noir. Les hanches et les cuisses sont de cette dernière couleur, tandis que les jointures des génoux sont jaunâtres. Les jambes épaissies sont jaunes, celles du devant et les intermédiaires portent en arrière une tâche brune ou noirâtre, qui n'entoure pas toute la jambe, mais forme dans les deux postérieures un anneau noir, qui entoure la jambe de sa moitié jusqu'à l'extrémité. Les tarses en sont jaunâtres, savoir le premier article des pieds intermédiaires et postérieures est tout-à-fait jaune, tandis que tous les articles des tarses du devant et le second dans les deux jambes postérieures et surtout les trois qui suivent, sont ferrugineux ou bruns. Les ailes ne sont pas enfumées, mais blanchâtres, iridescentes aux nervures et au point costal de couleur brune. La cellule radiale *(areola marginalis)* dans les ailes supérieures est retrècie à son extrémité et sans aucun appendice. —

Dans l'insecte vivant, la tête est de couleur jaune-citron; le premier article des antennes et les tubercules du corselet deviennent plus foncés dans l'insecte mort ou desséché, mais ils ne pâlissent jamais et ne changent en couleur de soufre et ne deviennent pas blanchâtres, ce qui me fait supposer que l'insecte de *Perthées* (Mss. des Insect. de Lithu. et de Pologne ex anno 1802-3. 319. 3), dont le premier article des antennes est aussi gonflé (mais qui n'est pas si élargi par le travers), et qui a des mandibules à l'extrémité de couleur jaune, que cet insecte, dis-je, est le mâle d'une autre espèce qu'il aura vu aux environs de Varsovie.

La comparaison suivante des caractères fera voir la différence de notre *Prosopis* du *Pros. dilatata.*

Prosopis dilatata Kirby et *Smith.*	*Prosopis Rinki*.*
1°. Tête triangulaire.	1°. Tête ronde.
2°. Mandibules couleur jaune vers la base et rousse à l'extrémité.	2°. Mandibules toutes noires.
3°. Fouet des antennes roux en dessous, noir en dessus.	3°. Tous les articles du fouet régulièrement annelés en roux et en noir.
4°. Tégules de la racine des ailes, collier du corcelet des deux côtés et points avant les tégules jaunes.	4°. Pointes seules du côté devant les tégules de couleur jaune.
5°. L'abdomen couvert de pubescence argentée, qui au bords des anneaux forme dans sa partie postérieure des stries de la même couleur.	5°. L'abdomen nu, sans pubescence et sans stries argentées.
6°. Ailes enfumées.	6°. Ailes non enfumées.

Explication de la Figure 1re de la 3me Planche.

1. *Prosopis Rinki** mâle, bien des fois grossie.
   1. *a.* Tête vue en face.
   1. *b.* Antenne vue du côté intérieur, dans sa position transversale.

VI.

NOTICE SUR LES FAUSSES-CHENILLES QUI DÉTRUISENT LE PARENCHYME DES FEUILLES DES CERISIERS.

§. 1.

Vers le déclin de chaque été, ainsi qu'au commencement de l'automne, on voit en Lithuanie sur les feuilles des poiriers, des pruniers et principalement des cerisiers [1]), une espèce des larves gélatineuses, qui, après avoir dévoré le parenchyme de dessus les feuilles des mêmes arbres, y laissent l'empreinte des tâches de différente dimension, couleur brun-claire qui proviennent des mailles des vaisseaux, mises en nu. Ces larves qui quelquefois s'y laissent voir en telle quantité, que les feuilles attaquées par elles offrent l'aspect comme des brûlures, faites par l'opération du soleil, phénomène qui est toujours accompagné d'un développement très-lent des boutons floraux pour l'année prochaine. Aussi, non-seulement les feuilles, mais les arbres mêmes en souffrent visiblement; car j'ai bien observé que, par suite de cette irritation, ils ne fleurissent que peu au printemps prochain, et ne portent que peu des fruits.

C'est un hasard, qui me mit à portée de faire cette observation au mois d'août 1843, dans un verger, qui avoisinait la maison de campagne, que j'avais habité pendant quelques années de suite, planté pour la plupart de cerisiers acides *Cerasus caproniana DC.*, le seul qui réussit dans cette contrée. Or je vis les cîmes de ces arbres qui avaient l'air d'être brûlées par l'ardeur du soleil et tout-à-fait brunies. Cherchant à découvrir la cause de ce phénomène singulier, qui me surprit d'autant plus que la saison était pluvieuse et pas du tout sujette à de grandes chaleurs, je vis tout-à-coup une immense quantité de ces fausses-chenilles, couvrant les feuilles de ces arbres, et qui après avoir détruit le parenchyme de celles des branches supérieures, allaient déjà maltraiter de même les branches inférieures, en endommageant grandement les arbres mêmes.

1) *Réaumur* observa et décrivit un pareil phénomène, arrivé au mois de juillet en France sur les feuilles des poiriers. (*Voyez* ses Mémoires V. III. 98.)

Que si ces fausses-chenilles attaquaient avec acharnement les cerisiers, le cas n'était pas le même avec les pruniers, les poiriers, les framboises et l'*Amygdalus nana*, que j'y avais plantés moi-même, attaqués de feuille en feuille par ces larves. Il n'y avait que les pommiers et *Prunus Mahaleb* (bois de Ste. Lucie), dont les feuilles étant coriacées et dures se trouvaient plus à l'abri. Cependant le nombre de ces larves commençait déjà à décroître; toutefois vers la fin de septembre, elles s'y trouvaient encore en si grande quantité, que j'en pus ramasser plusieurs centaines en faveur de mes observations, ce qui me servit de lumière sur la raison, pour laquelle ces larves avaient échappé dans les années précédentes à mon attention, leur nombre ayant été alors plus normal, de sorte qu'elles ne furent pas à même de causer à ces arbres un détriment pareil.

La simple mention de *Tenthredo Cerasi*, que *Linné* et *Fabricius* font dans leurs ouvrages, pouvait bien sans doute me satisfaire à l'égard du nom systématique de l'insecte à qui sont dues ces fausses-chenilles. Toutefois, dans le grand nombre des échantillons de mes mouches-à-scie, supposé même que l'insecte soit très-commun, je n'en ai pu retrouver un seul, dont les caractères fussent tout-à-fait d'accord avec le *Tenthredo Cerasi* de *Linné* et de *Fabricius*. D'ailleurs, je fus tenté d'apprendre, combien les caractères extérieurs de l'insecte pouvaient être influés par la nourriture variée des feuilles des diverses plantes, dont le parenchyme sert à la subsistance de ces larves, mes propres expériences m'ayant déjà fourni quelques données à cet égard en fait des fausses-chenilles de *Cimbex variabilis Klug*, qui, pendant qu'elles séjournaient sur les bouleaux et sur différentes espèces de saule *(Salix)*, différaient en nuances des couleurs, en quelques parties de leurs corps, dans l'espèce collective, à qui Mr. *Klug* a assigné un nom si analogue.

Comme les fausses-chenilles en question faisaient leur démeure en même temps sur des arbres tout-à-fait différents, comme je l'ai dit plus haut[1]), je résolus d'élever les individus des larves de chaque arbre et d'observer leurs métamorphoses dans des poudriers distincts et séparés les uns des autres. Je remplis à cette fin cinq poudriers de terre fraîche suffisamment arrosée et le plaçai sur des plats autant de flacons à eau. Pour ne pas apporter la moindre atteinte aux fausses-chenilles et ne pas les toucher de la main même, j'ai retranché avec précaution les branches aux larves de cinq espèces d'arbres sus-mentionnés, savoir du poirier, du prunier, du ce-

1) Je n'ai jamais rencontré ces fausses-chenilles sur les *chênes*. Voilà pourquoi je présume que les prétendues fausses-chenilles que *Réaumur* (Mém. l. c. p. 98) et *Hartig* (Blattwesp. p. 268) virent habiter sur cet arbre, constituent une espèce différente, quoique de proche affinité avec la nôtre. Il est bien à regretter qu'aucun de ces auteurs n'ait élevé la *fausse-chenille de chêne*, pour en avoir l'insecte parfait.

risier, du framboisier et de l'*Amygdalus nana*, et plongeai leurs extrémités dans les goulots de flacons, en enduisant leurs fentes d'un emplâtre de cire et de térébenthine, afin de les préserver de la chute dans l'eau et donner en même temps de la consistance aux branches mêmes. Tous ces flacons aux larves, étant gardés dans une chambre bien chauffée, celles-ci ne discontinuaient pas seulement à dévorer les feuilles, mais récréées par la chaleur, elles le faisaient avec une plus grande avidité que lorsqu'elles se trouvaient à l'air, de sorte que je fus obligé, de temps à autre, de substituer aux feuilles consumées des feuilles toutes fraîches, que ces fausses-chenilles dévoraient de même, ce qui dura jusqu'à l'époque de leur métamorphose, où elles ne prirent durant quelques heures aucune nourriture, et ayant déposé leurs enveloppes gluantes sur les feuilles, elles sortirent toutes faites de couleur jaune et toutes nues, mais elles ne furent plus en état de se tenir ferme sur les feuilles et elles retombaient à tout moment sur les plats. Je les remis donc dans les poudriers respectifs, et séparés les uns des autres, où elles cherchaient aussitôt de s'enfouir sous terre. Cette métamorphose, ayant lieu dans une température toujours la même, elle se faisait non-seulement le jour, mais la nuit même. Tous les matins donc je trouvais sur les plateaux, où reposaient les poudriers des larves rôdantes, qui avaient déjà déposé leur enveloppe, et les remettais de nouveau chaque fois dans les poudriers. Ces métamorphoses cependant ne s'opéraient pas au milieu du jardin et sur les arbres que le jour entre onze heures du matin et trois heures de l'après-midi, lorsque le soleil était brillant et avait tant soit peu réchauffé les larves à peu près engourdies par le froid de l'automne. C'est ainsi que maintes fois je ne trouvais vers le soir sur les feuilles qui furent dès le matin recouvertes des larves que des pellicules gluantes, la température de l'air et le beau temps ayant surtout favorisé la métamorphose [1]).

Après neuf mois de repos absolu, des 250 fausses-chenilles qui se sont enfouies dans les poudriers j'eus en 1844 non-seulement plus de trois quarts d'insectes parfaits, mais au surplus quelques parasites de la famille d'Ichneumonides, qui parurent au même temps que les mouches-à-scie. La coïncidence dans l'apparition de ces insectes au milieu des champs et dans les poudriers était parfaite, mais pas plus là qu'ici, je fus assez heureux pour découvrir des mâles; car de toutes les larves d'automne que j'eus au nombre de plus de 200, toutes se trouvèrent femelles, toutes de la même grandeur et couleur, ce qui parut me prouver, que la diversité de la nour-

1) Du nombre des fausses-chenilles que j'avais observées en automne vers le couché du soleil, lorsque le ciel était beau, je n'en ai rencontré aucune qui eût déposé son enveloppe la nuit; je ne crois donc pas que ces fausses-chenilles fussent du nombre des nocturnes.

riture n'a pas chez toutes les espèces de mouches-à-scie une influence marquée sur leur teinte.

La même année 1844 j'ai cherché à ramasser en automne $\left(\frac{9.\ \text{octobre}}{28.\ \text{septembre}}\right)$ sur les cerisiers, qui furent attaqués ainsi que l'année écoulée, plus d'une centaine d'échantillons de ces larves et les mis à même de faire leur métamorphose dans une pièce bien chauffée et n'obtins encore cette fois-ci, au commencement de l'été 1845 que des femelles, ainsi que des parasites de la famille des Ichneumonides, mais d'espèce différente. Aussi ces arbres ne produisirent-ils l'année prochaine que peu des fruits, tandis qu'auparavant, depuis 1839 à 1844, c'était tout le contraire, comme je l'avais observé moi-même. La même chose eut lieu les années suivantes, tant que le nombre des fausses-chenilles s'y trouvait toujours en grande quantité.

§. 2.

La larve qui détruit le parenchyme des cerisiers, fut en vérité mentionnée et représentée par *Réaumur* (Mémoir. pour servir à l'Histoire des Insectes V. 1741. Mém. III. 98. 99. Tab. XII. fig. 1. 2. 3. 4. *larvae*). Mais celui-ci, ne faisant qu'une figure grossière de l'insecte parfait (l. c. fig. 5 et 6), n'en donna aucune description détaillée et le nomma tout simplement *Mouche-à-scie de la larve ou fausse-chenille têtard. Linné* (en *Fauna suecica* ed. alt. n. 1547 et en *Syst. Nat.* ed. X. 557. 14.) fit son *Tenthredo Cerasi* aux caractères extérieurs, très-mal défini et mal figuré dans *Réaumur*, avec la diagnose suivante: *T. nigra, scutello pedibusque flavis. Geoffroy* (Hist. des Ins. 1762. II. 286. 32: *Mouche-à-scie noire, à pattes jaunes*), *Scopoli* (Entomologia carniolica 1763. 280. n. 735), *Müller* (Fauna Fridrichsdal. 1764. 69. n. 602 et in Zoologiae danicae prodromo 1776. 148. n. 1720), *Bergstrem* (in Naturforscher V. Th. 2. Bd. 828. Der Vogelkirschnascher), *Füessli* (in Verzeichniss Schweiz. Insekt. 1775. 48. 917. Die Blattwicklerin), et les Annales de la Société de Drontheim (Der Drontheimischen Gesellschaft Schriften IV. Bd. 289. 57. Tenthredo Cerasi *corpore nigro, pedibus luteis*) ne firent à peu près que copier *Linné*. Il faut bien noter en outre que, si l'on excepte *Réaumur*, personne de ces auteurs ne se donna la peine d'élever par lui-même des larves de la prétendue *Tenthredo Cerasi. Linné* lui-même en fit autant se reposant sur l'autorité de *Réaumur*, qui n'a pas donné la description de cet insecte. Delà surgit le doute, si la Tenthredo *nigra cum scutello pedibusque luteis* de *Linné* provient réellement des larves qui rongent les feuilles des cerisiers, ou bien si elle constitue une autre espèce particulière, doute qui n'est pas

résolu jusqu'à ce jour [1]). L'insecte même décrit par *Fabricius* (Systema Piezatorum 41. n. 57) sous le nom *Tenthredo Cerasi*, n'est qu'un mélange de synonymie de l'espèce appelée de ce nom chez *Linné*, mais qui n'existe même pas au Musée de Berlin le plus complet (que je connaisse) pour la famille des Tenthrédines. Mais aux temps de *Linné* et *Fabricius*, cette appellation était suffisante, en supposant que réelement les *larvae gelatinosae nigrae*, aient donné origine à Tenthredo nigra *scutello pedibusque luteis*.

Après *Réaumur*, quelques savants naturalistes, comme *De Géer* (Mémoires 1771. Tome II. Partie II. XVII. Mémoire 1007. n. 23. Tab. XXXVIII. fig. 16—25), et *Goetze* (dans la traduction allemande II. Thl. Bd. II. S. 269. Tab. XXXVIII. fig. 16—25) donnèrent une diagnose de Tenthredo Cerasi [2]) tout-à-fait différente des précédentes ainsi que de celles de *Linné*. *De Géer* aussi le premier a-t-il fait la description des larves [3]) dont sort l'insecte parfait, de sorte qu'on peut dire sans exagération que ce n'est qu'à lui que nous devons les caractères de la *Tenthredo Cerasi* envisagée comme insecte parfait, malgré que sa description même, comme nous verrons ci-après, n'est pas tout-à-fait exempte de doute, surtout à l'égard des autres espèces de ce genre qui gardent une grande ressemblance avec celle-là.

Le célèbre monographe du genre *Tenthredo* Mr. *Klug* (Blattwespen. Magazin der Naturforscher Fr. v. Berlin. VIII. 66. 41.) vu l'incertitude qui ne cesse pas d'exister sur l'insecte nommé *Tenthredo Cerasi*, n'a pas osé appliquer la synonymie de *Réaumur* et de *De Géer* à une autre espèce nommée par *Fabricius Tenthredo Aethiops* (Ent. Syst. II. 121. 65.), ce que fit pourtant plus tard Mr. *Hartig* (Blattwesp. und Wespen. Berlin 1837. 267. 5.), qui, pour compléter la chose, y insérra la description des larves par Mr. *Bouché* (Naturgeschichte der Insekten I. Lief. m. 10 Kupfertaf. Berlin 1834. S. 137.), la description des larves faite par *De Géer*, ne lui paraissant pas être satisfaisante. Il y ajouta en même temps (Blattw. l. c. Tab. V. fig. 31.) la figure d'une larve gélatineuse qu'il trouva sur un chêne aux environs de Berlin, mais qui cependant, d'après ce qu'il en dit: blassgrüne mit ungefärbtem Schleim (l. c. S. 268), ne semble pas appartenir ici, d'autant plus que la figure même qu'il en a donnée, démontre jusqu'à l'évidence que c'est une larve dont l'habitus est tout-à-fait différent de celui des larves cérasiphages.

1) *Tenthredo Cerasi* de *Réaumur* me semble être une espèce collective; cet auteur ayant confondu sa larve gélatineuse (Mém. l. c. Fig. 2) allongée trouvée sur le chêne avec les *fausses larves têtardes*, qui sont tout en général renflés dans leur partie antérieure et habitent ordinairement les arbres qui portent des fruits succulents. (*Voyez* ci-dessus la note 1. pag. 187.)

2) Mouche-à-scie de la larve limace. *Mouche-à-scie à antennes filiformes à 9 articles, noire, à pattes brunes et à ailes noirâtres.* De Géer l. c.

3) Leur nom est *Fausse-chenille à 20 pattes*, *noire et gluante du poirier et du cerisier*, espèce qu'il a trouvée aussi en automne sur l'aubépine.

Pendant mon séjour à Berlin en 1847, j'avais avec moi une centaine d'échantillons de mouches-à-scie que j'avais élevées moi-même par deux fois des larves sus-mentionnées en 1844 et 1845, afin de les comparer à celles de la collection du Musée de Berlin et pour leur assigner le vrai nom, le *Tenthredo Cerasi* de *Linnée* et des autres qui ne firent que répéter ses paroles, n'étant pas du tout d'accord avec les insectes que j'avais obtenus de ces larves. Au nombre des espèces de cette grande collection j'ai vu entre-autres le *Tenthredo adumbrata Klug,* dont les deux échantillons qui s'y trouvaient, s'accordaient parfaitement et dans tous les détails avec les miens. Ce n'est qu'alors que je ne suis convaincu que la *larve gélatineuse lithuanienne* qui détruit le parenchyme des feuilles des cerisiers, produit le *Tenthredo adumbrata Klug.* Mais comme le *Tenthredo Aethiops* de *Fabricius*, ainsi que celui de Mr. *Klug*, d'après les observations de Mr. *Bouché*, provient aussi des larves gélatineuses qui consument le parenchyme des feuilles des mêmes arbres, qui font la pâture des miennes, on peut en conclure qu'il existe deux espèces de larves gélatineuses qui se ressemblent grandement, mais qui donnent origine à deux espèces de mouches-à-scie différentes l'une de l'autre, savoir le *Tenthredo Aethiops* de *Fabricius* [1]) et de *Klug* (non pas *Hartig*) et le *Tenthredo adumbrata* de Mr. *Klug*. La différence qui en fait deux espèces séparées, consiste dans le nombre des cellules dis-

1) *T. Aethiops Fabric.* (Entom. Syst. II. 121. 65.): laevis nigra, nitida, alis obscure hyalinis, pedum anteriorum tibiis testaceis. *Klug* Blattw. in Berl. Jahrb. VIII. 66. 41. Long. 2½ l. ♂ et ♀.

„Corporis forma medium inter cylindricam et ovatam tenet, caeterum insectum neque pubes-„centia, neque punctis impressis distinguendum. Antennae opaco-nigrae, longitudine abdo-„minis; in uno specimine decimum articulum minutissimum vidi. Clypeus capitis obsolete „emarginatus, os internum nigrum, mandibulae extra sub apice fuscae. Cenchri nullo colore „specifico excellunt; *apex femorum* in pedibus anticis et mediis aeque, *ac tibiae pallide fla-„vae:* in iisdem pedibus tarsi praesertim ad latus internum pallidi. Pedes posteriores ad „genua parum *pallide flavescentia* aut flavo-purpurascentia. Alae sub lente parum augente „punctatae apparent. Nervi et margo niger, parum obscure nigro-fusca. Spatium inter „nervos exteriores colore non repletum. In areola cubitali secunda punctum nigrum minutum.

„Mares, apud quos articulus decimus antennarum inconspicuus, discrepant a foeminis „tibiis tarsisque pedum posteriorum robustioribus parumque compressis, sericeo-pilosis. Ti-„biae praesertim ad apicem, ubi color flavescens magis eminet, sericeo-pilosae sunt. Mandi-„bularum etiam color fuscus magis distinctus et tarsi pedum anteriorum magis vivide pur-„purascenti-luteae." *Klug* l. c.

Notanda. 1) Cel. *Klug* Synonymon *Tenthredo-Cerasi Réaumuri* et *De Géeri* ad suam *T. Aethiopis* non adduxit, dubia enim nostra de identitate cum hac specie, supra a nobis allata, et huic viro jam perspecta fuere.

2) Respectu numeri areolarum in alis posticis, quam unam tantum in novem speciminibus Musaei berolinensis constanter vidi, species Fabriciana melius in Tribu *Monophadus*, quam in *Blennocampa*, a Cl^{us}. *Hartig* creatis, collocanda videtur.

3) Larvarum *T. Aethiopis* et *T. adumbratae* discrimen me latet.

coïdales aux ailes postérieures que je crus avoir découvert et constaté, en rapprochant et en comparant les nombreux échantillons entre eux, caractères qui sont inséparables de ces deux espèces [1]).

1) Ce dernier caractère, savoir le nombre des cellules discoïdales dans les ailes postérieures, ne saurait être appliqué dans bien des occasions qu'avec grande précaution à la distinction non-seulement des sous-genres fixés par Mr. *Hartig* (Blattwesp. S. 266 et sqq.), mais même à celle des échantillons de la même espèce. On ne peut rien faire de mieux que d'étudier ces anomalies dans des grandes collections, comme l'est celle de Berlin, et sur les espèces qui se ressemblent beaucoup au premier coup d'oeil. C'est ainsi que parmi les 5 échantillons de *Tenthredo cinxia Klug* (qui fait part de la section *Eriocampa* de Mr. *Hartig* aux deux cellules discoïdales dans les ailes postérieures) deux échantillons ne présentent aucune de ces cellules dans ces ailes, tandis que les trois autres sont marquées de ce caractère tout-à-fait à l'opposite de la diagnose de cette espèce chez Mr. *Hartig* (Blattwesp. l. c. 280. 48). L'anomalie dont nous avons parlé, se fait observer aussi dans un échantillon du Musée de Berlin du nombre des six individus de *Tenthredo Morio Fabric.* Celui-ci, dis-je, est aussi bien dépourvu de la cellule discoïdale dans les ailes postérieures, tandis que les cinq autres en ont chacun *deux*, comme je l'ai observé chez les miens. De plus Mr. *Hartig* a inserré le *Tenthredo Aethiops* de *Fabr.* et *Klug* dans la division: Unterflügel ohne Mittelzelle (Blattwesp. 267. 5.). Cependant parmi les neuf échantillons de cette espèce que j'ai vus dans le Musée de Mr. *Klug*, il y en a huit qui ont *une* cellule discoïdale dans les ailes postérieures, tandis qu'un d'entr'eux étiqueté par Mr. *Hartig: T. Aethiops* en est tout-à-fait privé. On peut conclure de-là que le caractère pris du nombre des cellules discoïdales dans les ailes postérieures, étant variable et incertain, est insuffisant pour distinguer les sections et les espèces du genre *Tenthredo.* Ce cas cependant à ce que je crois n'est pas constant, car dans le grand nombre des échantillons de *Tenthredo adumbrata* que j'ai eu occasion de voir, je n'en ai pas rencontré un seul qui fût dépourvu de ce caractère. Il est à présumer que plutôt, par inattention dont on pourrait accuser Mr. *Hartig*, le *Tenthredo Aethiops* de *Fabricius* et *Klug* se trouva placé par lui dans une fausse section (Blattw. S. 266): Unterflügel ohne Mittelzelle, tandis que celui-ci en a une et diffère principalement par-là de *T. adumbrata*, qui en a deux, et de *T. fuliginosa* de *Schrank* et de *Klug*, qui n'en a aucune. Voilà pourquoi les neuf échantillons du Musée de Berlin de *Tenthredo Aethiops* sont en contradiction visible avec celui du même nom décrit par Mr. *Hartig.* Aussi les échantillons du *T. Aethiops* que j'ai eu l'avantage d'obtenir de la part de ce docte entomologue, lors de mon séjour à Berlin, se distinguaient par le manque complet de ces cellules de l'insecte du même nom de *Fabricius* et de Mr. *Klug*, conservé au Musée de Berlin, et doivent par conséquent être réputés le *Tenthredo fuliginosa* de *Schrank* *) conformément aux échantillons gardés dans le même Musée.

*) *Tenthredo fuliginosa Schrank* (Enum. ins. 331. 670.): laevis, nigra, nitida, alis nigricantibus concoloribus, pedibus sericeis, tibiis anterioribus mandibulisque ante apicem testaceis. *Klug* Blattw. in Jahrb. Berl. VIII. 64 37. Long. $2\frac{2}{3}$ lin. ♂ et ♀.

Tenthredo trichocera St. Farg. Monogr. Tenthredin. Paris 1823. 81. 240. ♂ sec. Klug: „Corpus ovato-rotundatum, supra glabrum, in collo breviter pilosum. Tibiae et antennarum articuli pilis nigricantibus adpressis, obsecta, opaca. Apex femorum dilutus, „tibiae anteriores plus vel minus pallide *flavo-fuscescentes.* Cenchri nigricantes. Nervi „et costa alarum nigra. In areola secunda submarginali alarum superiorum et in areola „secunda marginali posteriorum punctum nigrum plus vel minus distinctum conspicitur. „— Sexus uterque notus est.“ *Klug* l. c.

Larva 7—8 lineas longa, viridescenti dilute grisea postice vix angustata, dense annulato-corrugata, dorso tuberculis nigris spinula brevi terminatis, sexserialibus (12 in

§. 3.

Les larves de *Tenthredo adumbrata*, comme je l'ai déjà dit au commen-

La même fluctuation et inexactitude se laisse observer dans l'ouvrage de Mr. *Hartig*, quant à la place assignée par lui aux autres espèces de Mr. *Klug* dans le même genre *Tenthredo.* C'est ainsi que le *T. cinereipes* de Mr. *Klug* devrait être exclu de l'espèce Unterflügel ohne Mittelzelle (Blattw. 266. 269. 8.) et rangé plutôt dans celle des: Unterflügel mit zwei Mittelzellen (qui n'existe pas chez l'auteur dans cette Section), ce qui est confirmé par quatre échantillons (et par celui appellé par Mr. *Fallen Phyllotoma conformis)* du Musée de Berlin. De même la *Tenthredo uncta* de Mr. *Klug* du Musée de Berlin, d'après deux échantillons femelles que j'y ai vus, est aussi pourvue *d'une cellule discoïdale* et ne saurait faire part de l'espèce Unterflügel ohne Mittelzelle où Mr. *Hartig* l'a placée (Blattw. 266. 269. 9.).

D'un autre côté cependant cette inexactitude semble quelquefois provenir de l'inconstance de ces caractères dans toutes les espèces à la fois, comme c'est le cas par exemple dans la *Tenthredo elongatula* de Mr. *Klug (Hartig* Blattw. 269 10.), dont la femelle est définie par Mr. *Hartig* (Blattw. 275. 33.) sous un nom nouveau de *T. sericans.* La même chose a lieu dans la *Tr. lineolata Klug* du Musée de Berlin, dont trois échantillons sont privés de la cellule mentionnée et trois autres en ont *une*, ainsi que dans *Tr. funerea* de Mr. *Klug* au Musée de Berlin où des cinq échantillons de diverse grandeur, l'un des trois qui sont moins grands se trouve être à *deux cellules discoïdales*, tous les autres n'en ayant qu'*une.* J'ai été à portée de voir le même désaccord dans les neuf échantillons de *Tenthr. nigerrima Klug* Mus. berl. à *une* cellule discoïdale, dont un cependant se trouve être en défaut.

En conséquence de ce qui précède, on serait, je me crois en droit de conclure que le nombre des cellules discoïdales dans les ailes postérieures chez les Mouches-à-scie est très variable et peu certain, thèse qu'on pourra aisément constater, pourvu qu'on se donne la peine de vérifier les faits que j'ai cités par l'inspection des échantillons respectifs au Musée de Berlin. Ce qui concerne la *Tenthredo adumbrata*, je me range tout-à-fait du parti contraire, car jusqu'à ce temps je n'ai rencontré un seul échantillon à qui manqueraient les deux cellules discoïdales, que nous avons cités tant de fois.

Or, ce qui est la conséquence de l'inconstance des caractères bien ou mal précisés dans la description, ne peut pas être justifié par celle d'une simple erreur. Ceci me conduit à relever une faute grave qui s'est glissée dans la description des caractères du genre *Xiphydria* dans l'ouvrage de Mr. *Hartig: Die Familien der Blattwespen und Holzwespen.* Berlin 1837., à qui il attribue eine Radial-Zelle deux fois de suite, (l. c. S. 367. et 369.) et même sur la planche où se trouve la figure de ce genre (l. c. Tab. VIII. fig. 9.). Il est bien avéré et sûr que toutes les espèces du genre *Xiphydria* sont constamment pourvues des deux cellules radiales dans les ailes supérieures et non pas d'une seule, comme le prétend Mr. *Hartig*, circonstance qui ne porte aucune atteinte à l'ouvrage estimable de cet auteur sous bien des rapports. Aussi les lecteurs voudront bien me pardonner cette petite digres-

---

singulo segmento), capite parvo rotundato nigro retractili, setulis brevibus flavis obtecto, pedibusque 22 instructa secundum *Bouché* (Cfr. *Hartig* Blattw. 268), victitat aestate foliis *Convallariae multiflorae,* metamorphosin in terra absolvit; Majo jam insectum declaratum evolat.

A *Tenthr. adumbrata* facile distinguitur antennis filiformibus medio apud foeminas non incrassatis, articulo primo flagelli reliquos in longitudine superante et defectu areolarum discoidalium in alis posticis, quibus omnia novem specimina Musaei berolinensis a me examinata carent.

cement de cet article, se laissent voir souvent sur les feuilles des arbres drupacés et principalement sur les cerisiers, vers le commencement du mois d'août, tout petites qu'elles soient encore à cette époque et ne grandissant que fort lentement. Elles gardent toujours la surface supérieure des feuilles où l'on les trouve le plus souvent isolées des autres, de la sorte qu'on ne les voit que bien rarement deux ou plusieurs à la fois.

Les larves adultes de la *Tenthredo adumbrata* sont de la forme des excréments de certains passereaux. Ils ressemblent aussi beaucoup aux petits limaçons surtout par leur peau gluante vert-brun ou noirâtre fort luisante que produit une espèce de mucus, ainsi que par la configuration du devant de leurs corps qui est au tiers renflé, bombé, élargi et à rebord à l'instar du scutum par le devant de la tête qui n'est presque pas visible en dehors, lorsque l'insecte est étendu sur la feuille; enfin par la lenteur de leur marche: la partie postérieure de ces larves est cependant effilée et cylindrique. Ces larves, quand elles sont rassemblées en un nombre plus considérable, exhalent une odeur bien perceptible, même à l'air au milieu des arbres, odeur singulière que Mr. *Bouché* fait ressembler à celle de l'encre, mais qui me paraît plutôt celle de malate de fer *(extractum martis pomatum)* ou bien celle qui s'exhale des feuilles de cerisiers mises au four pour être desséchées [1]). Ces larves ne prennent d'autre nourriture que le parenchyme des feuilles qu'ils attaquent dans les nervures surtout vers les cîmes des arbres en rongeant toute la partie charnue des feuilles dont elles ne laissent ordinairement que le squelette. Les feuilles inférieures moins lésées présentent par le séjour qu'elles y font des tâches brunes semblables aux brûlures du soleil des feuilles dans les serres chaudes. Au milieu de cette consommation de la parenchyme par ces larves, elles n'ont pas l'habitude d'avancer, mais elles vont plutôt à reculons [2]), de la manière que la partie consumée de la feuille se trouve toujours en avant des leurs mandibules. Au surplus,

---

sion en faveur de la science, qui ne saurait être trop scrupuleuse dans les moindres détails, bien indifférents dans toute autre occasion.

1) Cette odeur réside dans la matière gluante de la peau, destinée à garantir la larve de ses ennemis et de la mettre à l'abri de l'ardeur du soleil pendant le jour et du frais pendant la nuit. La pluie aussi battante qu'elle soit ne porte aucune atteinte à cette matière qui même essuyée à dessein revient aussitôt facilement par l'action de la peau même. C'est à l'aide de cette matière que pour la plupart les larves s'attachent sur les feuilles. Aussitôt que les larves ont déposé cette peau, elles cessent d'exhaler l'odeur qui d'ailleurs ne leur est plus d'aucun usage, tandis qu'elles s'enfouissent bientôt sous terre.

2) *De Géer* (Memoir. l. s. c. 1008.) prétend que ces fausses-chenilles sont *toujours* en repos pendant le jour, et que ce n'est que la nuit, qu'elles passent d'une feuille à l'autre, assertion qui pour nos larves n'est pas tout-à-fait exacte; car j'ai vu bien des fois les dites larves, surtout dans les beaux jours d'automne, non-seulement déposer leur peau gluante, mais changer de lieu quoique lentement et gagner les feuilles voisines.

ces larves n'attaquent que les feuilles toutes fraîches et vives, sans toucher celles qui sont à demi-fanées et flasques. Ces larves sont d'ailleurs à l'abri de l'insulte des oiseaux.

Lorsque la larve est menacée ou gênée par l'approche d'une autre chenille, par le châtouillement d'un insecte ou par telle autre raison, surtout au clair et au brillant du soleil, elle relève subitement la partie postérieure de son corps, et en secoue la feuille, comme si elle avait envie d'épouvanter son adversaire. Les larves de la *Tenthredo adumbrata* cependant sont ordinairement insensibles à toutes les impressions extérieures et ne changent jamais de position dans les conditions même favorables au mouvement, qui est si grave et lent qu'il ne se peut comparer qu'à celui du limaçon et comme de celui-ci elles cachent leurs têtes et leurs pattes pectorales sous la partie antérieure bombée et élargie. Ces pattes ne sont pas ordinairement visibles en dehors et sont munies de minces crochets capables à peine avant la mue de retenir la larve sur la surface d'une feuille.

Aussitôt que la larve de la *Tenthredo adumbrata* est adulte et approche du temps de sa métamorphose, elle ne prend plus quelques heures avant aucune nourriture, en attendant en plain air la hausse de la température dont dépend l'alternative qui décide de sa nouvelle vie. La chaleur du soleil accomplit cette condition même dans l'automne bien avancé, aussi bien que dans la température du logement où la larve réside. Cela fait, la larve devient un peu plus vivace, et à l'aide de sa peau ridée transversalement et par le mouvement péristaltique de ses rides, qui se produisent en avant, elle fait ressortir doucement hors de cette enveloppe gluante tout son corps et quitte l'enveloppe qui reste collée à la feuille. Après avoir abandonné cette enveloppe qui jusqu'alors avait favorisé son accolement à la feuille et soutenu sa partie inférieure et les pattes, la larve n'est plus capable de garder la feuille, qu'elle délaisse désormais à jamais et se laisse tomber à terre. Là, sans aucun égard à la nature du sol, elle forme des grains du sable ou des mottes de terre fraîche, qu'elle unit au moyen du mucus qu'elle sépare de sa bouche, le cocon ou l'enveloppe, où elle se transforme en chrysalide.

Après la mue de la larve, et lorsqu'elle a quitté son enveloppe gluante, toutes les parties de son corps deviennent plus prononcées, son corps devient plus cylindrique; l'élargissement de la poitrine n'est plus si sensible qu'auparavant, malgré qu'elle soit toujours encore plus large en avant qu'en arrière. Son corps devient alors tout-à-fait glabre, très-ridé, transversalement ridé et pas luisant; sa couleur est alors d'un jaune doré [1]); les vingt pattes

---

1) *De Géer* (Mém. l. s. c. 1008.) définit la couleur de la fausse-chenille dénuée de sa peau gluante, *brun-claire* et *jaunâtre*. Chez les miennes, j'ai cru voir le plus souvent cette couleur *jaune-doré*.

deviennent visibles, dont six antérieures plus épaisses et raccourcies sont munies de crochets fort courts et simples, bruns de couleur; toutes les autres sont mamelonées et nues. Sa tète bien prononcée est aussi jaune, mais plus pâle, glabre, luisante, couverte par-ci par-là de poils très-courts. Les stigmates respiratoires sont bruns. Il n'y a que les yeux qui soient noirs à la prunelle luisante, blanche par reflet, au milieu d'un iris foncé. Pour les petites antennules coniques, elles sont très-courtes et enfoncées dans des fossettes pratiquées au dessous des yeux. Les mandibules sont quadrangulaires, d'un brun-clair avec des extrémités à trois dents aiguës. La longueur de la larve après la mue n'excède pas trois lignes.

Les enveloppes des chrysalides sont cylindriques, arrondies aux deux bouts et de la longueur de la larve. Elles sont en dedans très-glabres et comme enduites d'un vernis [1]). L'extrêmité de l'enveloppe ou du cocon par laquelle l'insecte parfait fait sa sortie, est munie d'une croûte plus mince et par conséquent plus aisée à détruire par les mandibules avant la sortie qui a lieu au commencement du mois de juillet, aussi bien chez les insectes élevés des larves sous le couvert, que ceux qui font leur transformation à l'air au pied des arbres.

La larve de la *Tenthredo, adumbrata* enfermée dans le cocon, reste immobile et immuable pendant huit mois. Les larves qui se sont enfouies en ma présence sous terre en 1843, sont restées telles dans les poudriers depuis le commencement du mois d'octobre $\left(\frac{\text{10. octobre}}{\text{28. sept. v. s.}}\right)$, jusqu'au commencement du mois de juin $\left(\frac{\text{7. juin}}{\text{26. mai v. s.}}\right)$ de l'année suivante. Le seul changement qu'on put remarquer à cette époque dans leur figure, c'est, qu'elles se trouvaient tant soit peu raccourcies et amaigries. Hors chez moi pendant le courant du reste du mois de juin, j'ai trouvé à mon retour vers la moitié du mois de juillet plusieurs d'entre elles, qui étaient déjà sorties de leur enveloppe et faisaient la ronde sur les parois des poudriers, ce qui me fit supposer que la transformation de ces larves en chrysalides succéda dans le courant du mois de juin, et la sortie de l'insecte arriva les derniers jours de ce mois ou vers le commencement de juillet. Mais à l'air ces changements seraient

---

1) Je n'ai jamais aperçu dans la bouche de ces fausses-chenilles les filiers (qui sont d'ailleurs propres à bien des larves de la *Tenthredo*, faisant leurs coques de la soie), ni de soie dans leurs enveloppes ou cocons, qui doit tapisser leurs parois. Je crois pouvoir avérer que c'est à l'aide de la matière gluante qui se produit dans l'intérieur de la bouche que la larve colle les particules de la terre pour former le cocon; cependant je n'y ai jamais reconnu la nature de la soie. C'est à cause de cela que les particules des cocons qui sont brisés ne s'entrelacent jamais entre elles, mais se détachent comme grains de sable. (Voyez *De Géer* qui affirme l'existence de la soie dans les cocons de sa *Tenthredo Cerasi*.)

arrivés un peu avant, tandis qu'à la même époque je vis quelques échantillons de *Tenthredo adumbrata* déjà perchés aux feuilles des cerisiers. J'eus occasion par la suite de vérifier encore une fois le temps nécessaire à la transformation complète de cette espèce; puisque des larves ramassées au commencement d'octobre 1844, j'en examinais les cocons dans la poudrière au commencement de juin 1845, où elles étaient encore tout-à-fait immobiles, n'ayant subi aucun changement. Vers la fin du mois de juin, ouverture faite des trois cocons, j'y ai trouvé au lieu de larves de véritables nymphes jaunes-blanchâtres dont il sortit vers la mi-juillet $\left(\frac{19.}{7.\text{v. s.}}\right)$ des insectes parfaits, ce qui me fait croire, que l'état de larve ne va pas même au-delà de trois semaines.

Ce qui est à observer encore, c'est qu'avant le changement de la larve en nymphe, le vase dorsal pendant la mue, lorsque la peau est plus transparente, aussi bien que les anneaux plus à l'écart, deviennent plus visibles et rendent la pulsation plus évidente à l'intérieur de la larve. Par la suite, quand elle est devenue immobile, le raccourcissement de son corps et le rapprochement des anneaux rend cette pulsation moins perceptible, les anneaux du corps étant plus ridés et distincts et les mandibules béantes ou entr' ouvertes.

En définitive, si l'on compte tout l'espace de temps, depuis l'enfouissement des larves en terre jusqu'à leur sortie, on peut dire, en toute sûreté, qu'elles séjournent sous la forme de fausses-chenilles et de nymphes un peu au-delà de neuf mois ou à peu de chose près pendant neuf à dix mois.

La *Tenthredo adumbrata* dans son état parfait atteint la grandeur d'une mouche ordinaire (*Musca domestica L.*). Lorsqu'il est en mouvement il fait vibrer ses antennes de haut en bas avec une grande vitesse (à la manière de quelques *Entedons* de la famille des *Pteromalins*). L'insecte étant pris en main, comme la plupart des espèces plus petites de ce genre, il plie ses antennes sous son corps, retire ses pattes et fait semblant d'être mort; mais aussitôt qu'il voit que le danger est passé, il se redresse avec vitesse et s'envole brusquement.

Sa tête n'est pas plus large que le thorax. Ses osselets sont très-distincts. Les antennes, inserrées plus inférieurement que la moitié de la hauteur de sa face, se composent de neuf articles (voyez Table III. Fig. 2. a.), dont le troisième est le plus long. Elles sont un peu plus minces aux deux extrêmités et plus épaisses au milieu; redressées dans l'insecte vivant, elles se recourbent en arc dans l'insecte conservé dans l'esprit de vin, ou s'arrondissent autour de son corps, quand celui-ci est desséché et fiché.

Le corps de l'insecte vivant en repos est tout-à-fait cylindrique, luisant,

glabre. On peut voir sur sa tête et le thorax, à travers une loupe grossissante de beaucoup les objets, quelques poils de longueur modique et resserrés. Sa couleur est noire, mais elle se rapproche quelquefois de celle de la poix sur l'abdomen, qui dans l'insecte desséché est plat et par cela même plus oval et dilaté. Son corselet est de la même couleur noire et luisante: ses quatres parties dorsales, en forme de bourrelets, sont très-distinctes. Les *cenchri* ont la couleur de poix, et ne se laissent apercevoir qu'avec difficulté. Ses ailes sont d'un gris sale, iridescentes, aux nervures très prononcées. Les veines, le punctum stigmaticum et le côté extérieur sont bruns. Les deux aréoles radiales sont inégales, dont l'extérieure sans appendice, les cubitales sont au nombre de quatre, dont la première est ronde, les autres courbées, trapézoïdales et grandissant vers l'extérieur: la seconde, presque au milieu, la troisième, un peu en avant, sont chacune interceptées d'une veine transversale-recurrente; les discoïdales sont au nombre de trois. La première aréole radiale, les deux cubitales et la discoïdale extérieure sont teintes de couleur enfumée, mais si peu distincte, si peu visible, que la bande transversale enfumée ne s'y laisse pas assez distinguer. L'abdomen cylindrique est composé de neuf anneaux, dont le dernier est plus mince vers son extrêmité. La tarrière, inserrée dans les coulisses de deux segments annelés, est jaunâtre. Les pattes sont courtes. Les attaches de toutes ces pattes et les *deux pattes postérieures sont uni-colores brun-noire;* la cuisse des intermédiaires est à l'extrêmité moins prononcée que l'extrêmité des pattes antérieures qui est de couleur *brun-testacé.* Les jambes et les tarses des quatre pattes antérieures sont de la même couleur *brun testacée*, mais plus claire dans les deux pattes du devant. Toutes les jambes sont armées de deux petits éperons *(calcaria)* de couleur-blême. Les tarses présentent cinq articles, dont le premier (métatarse) est le plus long et le quatrième le plus court. L'article dernier des tarses est muni d'une pelote et de deux simples crochets.

§. 4.

Le vrai et réel hermaphrodisme n'a pas eu d'exemple jusqu'à ce jour que parmi les animaux des ordres inférieurs, surtout parmi les mollusques, annélides et entozoires. Cependant, quelques familles des insectes de l'ordre des Hyménoptères, comme les Fourmies, les Termites, les Abeilles et quelques-unes des Diploptères, présentent trois espèces d'individus, savoir les mâles, les femelles et les mulets qui sont réellement des femelles mutilées (par la suppression des organes de la génération par une éducation spéciale des larves) et par conséquent incapables ni de pondre, ni de féconder les autres. Cependant l'androgynisme ou l'hermaphrodisme dans toute la force

de ce terme paraît impraticable parmi les insectes. Le sexe séparé s'observe constamment dans toutes les espèces de cette vaste classe, du moins dans celles dont l'autre sexe reste inconnu. Il faut supposer que l'autre existe aussi, car ce n'est qu'ainsi qu'on peut concevoir la propagation des espèces, qui doit être précédée de copulation et de fécondation. Que la copulation précède quelquefois la superfétation dans quelques-unes des grandes familles, ainsi que celle des Pucerons, cela est confirmé par l'expérience de maints naturalistes tant anciens que modernes. Toutefois Mr. *Hartig* (Ueber die Familie der Gallwespen in *Germar's* Zeitschrift für die Entomologie II. B. 1. Heft 1840) concernant ceci, publia ses nouvelles observations sur la famille des Diplolépides. Il en resulte que dans des milliers d'échantillons du genre *Cynips*, il n'a jusqu'à présent rencontré pas un seul mâle. Il me l'apprend aussi par rapport au *Tenthredo Ephippium* qui est de plus communs en Prusse, dans une de ses lettres en réponse à la mienne (2. Févr. 1849). La même chose se fait voir sur les espèces du même genre la *T. adumbrata* et la *T. ovata*, à la recherche des mâles des quelles j'ai mis dix ans, sans être parvenu à un résultat désiré [1]).

Je cite ces faits tout simplement sans en conclure s'il y a des insectes qui se propagent sans autre sexe, ce qui serait réputé dans l'état actuel de la science une énorme absurdité. Cependant cette anomalie est à mon avis digne de la discussion des entomologues, pour résoudre d'une manière satisfaisante cette question grave, qui est, pour ainsi dire, toujours encore *sub lite*.

§. 5.

Les larves de *T. adumbrata* sont attaquées par les petits Ichneumones du genre *Tryphon*, qui sortent un à un de leurs cocons en même temps que ces insectes. Des larves de *T. adumbrata*, que j'ai rassemblées en 1843, je

1) Mr. *Klug* observa aussi depuis long-temps (Voyez Magazin der Gesellschaft Naturforsch. Freunde zu Berlin. VIII. Jahrg. 1818. f2. 54.) le défaut des mâles dans *Tenthredo ovata* que n'ont vu ni *Illiger*, ni *Fallen*. Mr. *Klug* suppose que les mâles de cette espèce se cachent rélegués parmi les espèces des genres voisins qui sont de couleur noire.

Au reste il faut ajouter que la grande difficulté, pour avoir avec certitude les deux sexes de la même espèce souvent très-disparates dans ce genre, résulte pour la plupart d'une autre plus grande encore, savoir celle de voir ces insectes surtout dans le climat, comme le nôtre, (ainsi que les *Ichneumones*) au moment de l'accouplement même. Je ne l'ai vu dans le courant de plusieurs années qu'une seule fois dans cet état et encore n'a-t-il eu lieu qu'un très-petit moment $\left(\frac{\text{12 Juin}}{\text{31 Mai v. s.}}\ 1846\right)$ chez la *Tenthredo nassata* var. *dimidiata*, *Klug* in Mus., berol. espèce dont je fus à même de voir des milliers d'échantillons des deux sexes à la fois, voltigeant au milieu du feuillage des tilleuls dans le parc de Werki aux environs de Vilna.

vis sortir l'année suivante 1844 l'espèce figurée Planche III. Figure 3 [1]), de celles de 1844 j'ai obtenu en 1845 une autre espèce [2]), représentée Fig. 4

---

1) *Tryphon Ratzeburgi** Long. $2\frac{1}{2}$—3 lin. ♂ et ♀.

Areola triangularis, parva, non petiolata. Abdomen petiolatum, longitudine capitis et thoracis. Aculeus longitudine $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{12}$ abdominis. Metathorax conspicue scutulatus, scutulis rugulosis. Thorax punctulatus. Vertex haud latus. Antennae corporis longitudine. Thorax et caput nigra. Labrum et mandibulae maris, nec non striae intraorbitales et interdum maculae duae faciales, flavae. Antennae obscurae, subtus rufescentes, maris dilutiores, quam foeminae, sed articuli 2—3 primi semper nigri. Alarum radices et tegulae flavae. Alae paululum infuscatae. Stigma obscurum. Abdomen rufum, segmento primo et ultimis duobus nigris. Pedes rufi, trochanteribus apophysibusque omnium, nec non tibiarum apicibus et tarsis ultimi paris nigris.

Gravenhorsti (Ichneumonologiae europaeae) Sectio IV. (Volum. II.), cui adscribenda nostra species, quasdam praebet descriptiones, affinitatem cum nostris annuentes, attamen nulla prorsus quadrat. Nonnullae species v. c. *erythrocerus* (l. c. 230.), *cephalotes* (ib. 246.), *pastoralis* (ib. 248.), *brunnicans* (ib. 270.), *brunniventris* (ib. 281.), *involutor* (ib. 296.), coloribus quidem gaudent, forma et magnitudine simili, ut exemplaria auctoris ipsius in Musaeo clarissimi Professoris *Ratzeburg*, Neostadtii asservata, nos docent: at ratione areolae deficientis, verticis lati, abdominis subpetiolati aut subsessili removendae sunt. *Tryphon vernalis* (l. c. 294.), abdomine petiolato praeditus, flavedine capitis maris caret, pedes habet aliter pictos etc.

Nihil certius ad definiendam speciem peculiarem adhiberi potest, quam abdominis petiolus perspicuus, qui una cum terebra paululum exserta nostrum Ichneumonem ad *Cryptos* transferre possit, nisi areolae exiguae forma et quodammodo habitus corporis totius omni jure eum inter *Tryphones* collocare suaserit. Qui locus systematicus adhuc confirmatur habitatione intra larvas *Tenthredinis*, fere semper *Tryphones* allicientes. *Crypti* rarius hic inveniuntur, nisi *Lophyros* quosdam respicias, Crypti species nonnullas foventes.

2) Je me suis fait un devoir de communiquer cette espèce à mon ami Mr. le Professeur *Ratzeburg*, qui a eu la complaisance de me dire dans sa lettre (28. Févr. 1848) ce qui suit:

„Ichneumones, quos mihi tradidisti, Collega spectabilis, examini rigorosiori subjeci; de „illa specie, quae a *Wagenschiebero* in Tabula III. sub Figura 4. delineata, tractatum fu„sius elaboratum in sequentibus pagellis subjungam."

Tryphon Gorskii Ratzeburg; Long. $2\frac{1}{2}$—$2\frac{2}{3}$ lin.

„Species valde intricata, intermedia inter *Mesochoros, Tryphones* et *Campopleges*, quae „genera perquam esse cognata jam olim exposui in opere: Ichneumonen der Forst„insekten etc. Berolini 1844. Ad *Mesochoros* referenda ob colorum distributionem peculiarem „atque habitum congruentem. Cum *Mesochoro splendidulo Gravenh.* similitudo est tam „magna, ut primo intuitu vix discernere possis, nisi *Tryphonis* paululum coactioris colores „magis in rubrum, quam in luteum vergerent. Accuratiori examini subjectum nostrum ani„malculum etiam areolam paululum diversam praebet, minorem scilicet, quam in *Mesochoris*. „Sculptura est alia, thorax non laevis, sed evidenter punctatus, metathoracis scutorum asser„cula magis prominent."

„Quod autem speciem hanc a *Mesochoris* maxime removet, est defectus appendiculorum „analium, quos semper in maribus hujus generis reperi."

„Maximi momenti denique est ratio vitae, quae a Te, Collega, sedulò observata ad *Try„phones* annuit. Prodierunt enim specimina mascula, quae mihi communicasti, e folliculis „*Tenthredinis adumbratae*. In opere meo antea allegato compertum habeo de *Tryphonibus*, „maxima ex parte *Tenthredines* inhabitare pari modo phyllophagas, quam illas pinetorum,

de la même planche. Le nombre de ces parasites, à le comparer à la quantité des larves, n'était pas sans doute grand, puisque sur plus des deux cents insectes parfaits, il n'en est sorti que cinq *Tryphons* en 1844, et sur 150 autres que j'eus des larves de *T. adumbrata* en 1845, il s'en trouva huit *Tryphons* de la seconde espèce.

§ 6.

Par rapport à *Tenthredo Cerasi* de M. *Bouché* (Naturgeschichte 1834. 1. Liefer. S. 137.), il n'est pas à douter, qu'elle ne soit tout-à-fait la même que *T. Aethiops* du Musée de Berlin (§ 2. 80*), ce que j'ai constaté sur quatre échantillons, que j'eus l'avantage de voir chez l'auteur à Berlin qui furent élevés des larves gélatineuses. Cette espèce ne diffère en rien de *T. adumbrata Klug* que par une cellule discoïdale dans les ailes postérieures dont *T. adumbrata* possède le double.

Comme *Réaumur* ne se donna pas la peine de faire la description de son *T. Cerasi*, on ne saurait ponctuellement définir à quelle espèce de celles qu'étudia Mr. *Klug*, on doive le rapporter.

L'insecte de *De Geer* sous le nom: *T. Cerasi*, est sans contredit celui qui se rapproche le plus de celui que nous avons pris la tâche de décrire et s'accorde aussi bien avec *T. Aethiops* de *Fabric.* et *Klug*, qu'avec *T. adumbrata* dans tous les caractères qui sont plus faciles à vérifier. Cependant comme le caractère des cellules alaires fut inconnu à cet auteur, on ne peut établir avec précision dans laquelle de ces deux espèces il devrait être rangé.

„*Mesochori* autem *Phalaenarum* crucis magis victitant et iisdem larvis *Tenthredinum*, quae in „pinetis degunt, minime iis, quae arboribus foliiferis nutriuntur.

„Quod denique *Campopleges* attinet, nostra species minime congruere videtur, quippe quae „petiolo semper evidentiori gaudeant, at in his abdomen nunquam sit prorsus depressum, ac „in nostro animalculo. Abhorrent etiam *Campopleges* a coloribus totius corporis dilutissimis, „et in Sectione quarta *Gravenhorsti* species sunt, quae quidem abdomine rufo aut rufo „nigroque gaudeant, quibus vero *antennae sunt rarius rubtus rufae.*

„Quaeritur, num in *Gravenhorsti* opere locupletissimo sit reperiundus noster *Tryphon* „necne? Investigandus esset, ni fallor, in sectione quarta illius generis. Species, quas hic „invenimus, partim areola carent, partim sunt areola praeditae. Harum areolarum maxima „copia, colorum obscuritate imbuta, protinus est relinquenda. Referri possit nostra species „ad illas tantum, quae *pedibus laete dilutis* promineant v. c. ad *Tr. tricolorem*, cui autem „antennarum articulus primus est niger, vel ad *Tr. cruralem*, cui tibiae albescunt et os so- „lummodo stramineum, vel ad *Tr. intermedium*, qui etiam rubedine capitis diffusa caret.

„*Hemitelis* speciebus, inter quas Ichneumonem hunc adhuc quaerere liceat, est petiolus „abdominalis longior graciliorque et areola ad quinquamgularem vergens extrorsum aperta."

Neostadii Idibus Februarii 1848. Vale faveque

Ratzeburg.

Quant au *T. Cerasi* des autres auteurs sans y compter ceux dont nous avons parlé (§ 2. 76.*) qui ne firent que répéter ce que *Linnée* avait avancé: T. nigra pedibus luteis, on peut affirmer avec quelque sûreté, qu'il se rapporte beaucoup plus à *T. Morio Fabr.* et *Klug* qu'à toute autre espèce.

Tous ces doutes et toutes ces incertitudes ne peuvent être levées autrement, qu'en élevant en différentes contrées les larves gélatineuses qu'on rencontre sur les cérisiers et autres drupacés, afin d'obtenir l'insecte parfait, et en observant scrupuleusement le nombre des cellules des ailes postérieures, ainsi que la conformation des antennes. Ce n'est que de cette manière qu'on pourra fixer avec certitude le nombre des espèces analogues de *T. Aethiops* et *T. adumbrata*, qui ne diffèrent entre elles, d'après mes observations, que par le nombre différent de ces cellules, nonobstant qu'ils proviennent des larves presque tout-à-fait les mêmes.

§. 7.

Somme faite de tout ce que nous avons dit sur le *Tenthredo adumbrata*, nous pouvons résumer de la manière suivante et en peu des mots son histoire:

Tenthredo (Allantus Divisio A. antennis filiformibus *Klug* Berl. Jahrb. VIII. 44. Subgen. Selandria, Sectio 3. Eriocampa *Hartig* Blattw. 279.).

Characteres Subgeneris et Sectionis. Antennae filiformes, novemarticulatae, corpore duplo breviores. Articuli antennarum sursum in longitudine decrescentes (Tab. III. Fig. 2.), duo basilares (scapus et pedicellus) et quatuor ultimi (flagelli articulus 4, 5, 6 et 7) aequilongi, tertius longissimus, secundum, tertium et quartum quam sequentes crassioribus, in longitudine superans. Areolae alarum anteriorum radiales *(marginales)* duae, cubitales *(submarginales)* quatuor; vena transversa recurrente prima areolae secundae, secunda tertiae inserta; posteriorum areolae discoidales una vel duae. Corpus parvum, in vivo cylindricum.

Mares ignoti.

Larvae limaciformes, obscurae, tardissimae, viginti pedibus instructae, cute gelatinosa obductae, victitant parenchymate foliorum arborum drupacearum; hac dejecta decidunt in terram, ubi sepultae metamorphosin in folliculis ex particulis terrae conglutinatis perficiunt. Post novem menses evolant imagines.

1. *T. (S. E.) adumbrata Klug:* nigra, glabra, nitida; cenchrorum capitulis fuscis; tibiis anterioribus pallide fuscis; disco alarum superiorum obsolete infuscato.* Long. $2\frac{1}{2}$ lin. Tab. Nostr. III. fig. 2. *foemina.*

T. (All.) adumbrata, nigra, subnitida, scutello laevi, alis hyalinis medio transversim subinfuscatis, tibiis anticis testaceis. *Klug* Blattw. in Berlin. Jahrb. VIII. 64. 36. *Hartig* Blattw. 280. 49.

„Cenchri nigricantes. Nervi et costa alarum saepe nigra. Interstitia nervo-„rum in alis anterioribus non obfuscata, alae tamen laevi umbra nigri-„cante suffusae; posteriorum apices magis obscuriores.“ *Klug* l. c.

Areolae discoidales in alis posterioribus semper duae.

Figurarum 2, 3 et 4. Tabulae III. recensus.

Fig. 2. *Tenthredo adumbrata Klug;* foemina magnitudine valde aucta, ad specimen siccum, abdomine collapso dilatato, quod in insecto vivo magis cylindricum, delineata.

Fig. 2. *a.* Antenna tota cum 9 articulis.

Fig. 3. *Tryphon Ratzeburgi**, e larvis *T. adumbratae,* Vilnae 1844 educatus, magnitudine valde auctus.

Fig. 4. *Tryphon Gorskii Ratzeb.* ♂, ex iisdem larvis Vilnae 1845 habitus, magnitudine perquam auctus.

VII.

ENTOMOLOGORUM CIRCA CORNUA ADSCITITIA APUD APIARIDES COMMENTITIA.

Ex iis, quibus e Biologiae studio docemur, patet, organismi functionibus virium vitalium momento omni numero absolutis validisque, evolutionem ibidem heterogeneorum vitae signa ferentium, sive algas, sive fungos reputes, quibus partium resolutionis chemicae gradus quidam probetur, nequaquam peragi et haberi posse [1]). In ea re igitur nonnulla, quae vegetabilis parasitismi probandi gratia in animalibus adhuc vivis e variis auctoribus in medium adduci solent, quaeque ex manca observatione profecta sunt, pro rei gravitate et momento discutienda nobis sunt.

Inter ceteros alios *Kirby* et *Spence* [2]) memorant de plantis parasitis insectis quibusdam tempore hyemali correptis, vivescentibus [3]), et quidem freti auctoritate celeb. *Brown*, qui in hisce insectis fungos quosdam observasse dicitur. At clarr. *Schlechtendal* pater et *Siebold*, nulla mora commentum hoc oppugnantes, fungos hosce nil aliud esse nisi pollinaria Orchidearum hisce animalculis adglutinata, validis argumentis et sat evidenter probarunt [4]).

Fabricius jam [5]) sub *Ape mellifica* sequentia adnotavit: „Speculatores „a *Linnée* dicti aegrotantes potius videntur cornibus duobus capitis e pol- „line florum adglutinato ortis."

Rossi tamen [6]) sub *Api furace* sua (quae foemina *Eucerae longicornis Fabricii* est), haec inscribenda curavit; „In nonnullis, sed rarissime, frons „flava sub antennis instructa observatur petiolis duobus fistulosis, flavis, „flaccidis, apice multipapilloso seu potius tubulis pleno, crasso, duas fere „lineas longis et supra linguam ante labium quiescentibus, quorum usus vi-

1) Confer. *Robin*, *Des végétaux qui croissent sur les animaux vivants.* Paris 1847. p. 96 — 100.

2) Entomology 1828. Tome IV. p. 207.

3) l. s. c. p. 208.

4) Confer. *Froriep*'s Notizen, Nr. 224.

5) Systema Piezatorum. 1804. p. 369.

6) Fauna etrusca. 1790. Appendix p. 113.

„detur quodammodo esui inservire. Non fortuito haec apis interdum gaudet „fronte appendiculata; plures habeo hac eadem nota instructas.“ —

„*Illiger* haec addidit: „*Apis furax Rossii*, a celeberrimo *Rossio* „ipso missa, revera foemina *Eucerae longicornis* est. Petioli duo isti frontis, „in nonnullis speciminibus observati, nobis *Clavariae* videntur.“

Cornua ista adscititia nihil aliud esse, quam pollinaria Orchidearum retinaculi proscolla, fronti apium adglutinata atque hisce firmiter adhaerentia, hujus temporis observationes satis superque probant. Cornua hujusmodi casu exorta, at inter vera cornua posita in foemina *Osmiae bicornis* a me forte in horto botanico Berolinensi d. 3. Junii 1849 a. capta, in apice paulo mutila, frontique symmetrice firmata vidi. Hanc ipsam amicissimus Dr. *Klotsch*, herbarii regii Berolinensis custos, cui mox apem hanc quadricornem vivam ostendi, pollinaria jam *Orchidis latifoliae L.* esse, justo meritoque declaravit.

(Continuabitur.)

INDEX TABULARUM HUJUS FASCICULI.

TABULA I.

Figura 1. Tyzenhauzia vespiformis * *mas.*

Figura 2. Milesia apiformis *Fabr.* (*M. Wagae* *) *mas.*

TABULA II.

Figura 1. Myrmecoris agilis * (*M. lithuanica* *).

Figura 2. Alyson Perthéesi * *foemina.*

TABULA III.

Figura 1. Prosopis Rinki * *mas.*

Figura 2. Tenthredo adumbrata *Klug. foemina*

Figura 3. Tryphon Ratzeburgi *.

Figura 4. Tryphon Gorskii *Ratzeb.*

RERUM FASCICULO HOC CONTENTARUM CONSPECTUS.

MONITUM AUCTORIS.

Quod singillatim libellum hunc adtinet, omnibus velim persuasum sit, mihi exinde nequaquam praemia vel commoda alia proposita fuisse, nisi forte ea, quae ex re ipsa, si vel minima laude digna sit, defluant. Singulorum fasciculorum praetium (quorum prior ille maximam partem nec non mox insequentium Tabulae benevola liberalitate Illustrissimi Comitis *a Tyzenhauz* lucem aspexerunt) apud Bibliopolam Berolinensem D. Nicolai (Brüder-Strasse) venum subjiciendorum quam minimum a me statuetur, resque ulterius tali modo procedet, ut ea, quae ex trecentorum exemplarium illius venditione resarcientur, mox impressionem insequentis fasciculi, Berolinensi praelo tradendi, promoveant: neque enim minam lucrifacere, nec talentum perdere mens mihi est.

At at quam impensam Berolini, sumptu suo sesqui-anni spatio commoratus, feci, ut satius aliorum Famae, quam mei ipsius inservirem, nunquam mihi retributum iri, pro certo haberem, nisi spes quaedam adhuc me detineret, ut vilis opera haec Summae Imperii in Rem Literariam Administrationi, inceptis ejusmodi faventissimae, dicata atque commendata gratiam ejusdem benevolentiamque sibi aliquando conciliare valeat.

INDEX SPECIERUM.

Berolini, typis fratrum Unger.


CORRIGENDA.

Pag. 8, linea 6 ab infra, lege „Ophthalmocoris“ loco „Ophtalmocoris“
- 9, - 19, lege „metathorax“ loco „methathorax“.
- -, - 3 ab infra, lege „positas“ loco „povitas“.
- 11, - 14 - - „vestigiis“ loco „vectigiis“.
- 12, - 2 - - „Dytiscorum more“ loco „Dytisconem mere“.
- 13, - 9, lege „remigiorum“ loco „remigum“.
- 14, - 13, - „Micrelytra“ loco „Micrelitra“.
- 17, - 1, - „vetustius“ loco „vatustuis“.
- 22, - 6, - „retro oculos“ loco „retro-oculos“.
- 23, - 12 ab infra, lege „tenuiter“ loco „tenue“.
- 24, - 3, lege „Coreïdes“ loco „Coreides“.
- 25, - 19, - „St. Farg.“ loco „St. Jacq.“
- 27, - 3, - „Laporte“ loco „Laperte“.
- 28, - 3, - „Gen. L. Eurycera“ loco „Gen. Eurycera“.
- 41, - 10 ab infra, lege „brevis articuli“ loco „brevis-articuli“.
- 47, - 20 - - „tuberculato-dentatis“ loco „tuberculato-dentalis“.
- 152, - 2 - - „Arenocoris“ loco „Arenocorus“.



1. Tyzenhauzia vespiformis S. B. Górski ♀

2. Milesia Wagae S. B. Górski ♂



1. *Myrmecoris lituanica* S. B. Gorski.

2. *Alyson Perthési* S. B. Gorski. ♀



1. *Prosopis Rinki* S. B. Gorski. ♂
2. *Tenthredo adumbrata* Klug. ♀
3. *Tryphon Ratzeburgi* S. B. Gorski.
4. *Tryphon Gorskii* Ratzeb.